An dieser Diario hat mit arbeiten helffen Dan. Müllerus, welcher als Rector in der Fürsten-Sch[ule] ... gestorben. Vid. Gel. Lex. Jöcher

1874. IV. 9.

3



H. C. Cräker sculp: Jena.

DIARII BIOGRAPHICI

TOMUS SECUNDUS,

IN QUO
NON NULLA ETIAM EX PRIORI TOMO
EMENDANTUR ET ILLUSTRANTUR.
ACCESSIT
INDEX QUINTUPLEX,
ET
RECENSIO PROFESSORUM
HODIE VEL NUPER
IN INCLUTIS ALIQUOT LYCEIS
DOCENTIUM,

OPERA AC STUDIO
HENNINGI WITTE.

RIGÆ,

Typis ac ſumptibus GEORGII MATTH. NÖLLERI.
AN. M.DC.XCI.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
SVECIÆ
SUMMÆ FIDEI VIRIS
ILLUSTRIBUS AC GENEROSIS

DN. JOANNI BERGENHIELM

CANCELLARIÆ REGIÆ CONSILIARIO
ET SECRETARIO STATUS

DN. ANDREÆ NORDENHIELM

REGIÆ ITIDEM CANCELL. CONSILIARIO
NEC NON
SERENISSIMI PRINCIPIS HEREDITARII

CAROLI XII.

STUDIORUM MODERATORI
PATRONIS SUIS MAXIMIS
SUBMISSE COLENDIS
SALUTEM ATQUE INCOLUMITATEM
PERPETUAM!

ILLUSTRES AC GENEROSI
CONSILIARII REGII,
DOMINI DEVOTA MENTE SUSPICIENDI,

NOn una mihi, nec levis, inter tot splendidissima, qvæ literas æquè ac Virtutes illuminant, Sueonici cœli sidera, Vos adeundi suppetit ratio. Quisquis enim amplissimam orbis Aquilonaris partem, inque ea Aulam POTENTISSIMI REGIS nostri accuratius intuetur, Vestrum subterfugere fulgorem minimè valebit. Profectò ut latè in sublimi scintillant æthere Castor ac Pollux; sic quoque accedentium feriunt, vel potius illustrant, oculos eminentissima, quibus insigniti estis, Nomina. Cur itaque, dum Patronos, ceu decet, exteros exquisitâ prosequor observantiâ, geminum hocce Lumen cæcus planè præterirem? A Vobis, DOMINI, quoniam caliginosa, quæ me ducit, Musa

Muſa opacum in publicum profert opuſculum, lucem longè clarisſimam & decus omne nanciſcetur. Quamobrem ingenti cum trepidatione Veſtrarum Ædium, ubi Perilluſtrium Perſonarum concurſus indies conſpicitur, pulſare fores aggredior. Perquam ardua ſummiq; momenti illa, quibus, pro totius Regni ſalute, impliciti ac ferè obruti eſtis, nequaquam me latent negotia. Veſtrûm quippe alter fulgidisſimis Cæſarum, Regum & Principum Legatis frequenter adeſſe ſolet, literisq; ad Europæ Primores conſignandis ſtrenuè occupatur. Alter verò nitorem SERENISSIMI REGNI HEREDIS ſine intermisſione excipit, dum EUNDEM Linguis, Artibus, Scientiis, MAXIMO PRINCIPE dignis, ſolicitius imbuit, ſicque ſe glorioſum & immortalem efficit. Nihilo tamen minus urnas aliquot meritisſimorum olim Virorum ferales, ne perpetuô ſub tellure in ſpisſis jaceant tenebris, Vobis, MOECENATES, ſubmiſſâ manu menteq; offero, indubitatâ ſpe fretus fore, ut ab Illuſtrium Nominum Veſtrorum ſplendore extenſum lumen fœne-

 rentur.

rentur. DEUM, lumen illud inaccessum, supplicibus fatigabo precibus, velit Vos è primæ magnitudinis stellis, in Olympo Suecico diu nitentes servare, quò, sub benigno fulgore ac præsidio Vestro, mea se magis magisq; attollere queat indoles! Dabam Rigæ Livonum d. XVI. Martii An. CIↃ IↃC LXXXXI.

Illustrium & Generosorum
Nominum Vestrorum

devotus cultor

M. HENNINGUS WITTE
ELOQ. & HIST. PROF.

LECTORI

LECTORI CANDIDO EIDEMQVE BENEVOLENTISSIMO S.

A Evum, quô floruit, justis celebraturus laudibus in hæc erumpit verba Plinius : Est adhuc curæ hominibus fides & officium; sunt, qui defunctorum amicos agunt. Id quod ne nostris obstare temporibus videatur, haud pauci hactenus benemeritos de literis viros, quamvis in cineres jam redactos, ceu redivivos calamô effecerunt. Et eò qualemcunq; huncce referre conatum posse putavi, dum, pro virili, ex locis etiam longè dissitis, scriptores hujus notare seculi, &, cùm superesse desierint, peractum vitæ cursum paucis depingere studui. Aliqvibus non penitus hæc displicuisse cognovi, stimulumq; ad residua pari pertexenda alacritate admoverunt. Unus tamen vel alter, ut fieri plerumqve assolet, dissensum professus est, παροράματα *in Diario reperiri biographico qvàm plurima proclamans. Istô altem labore dicam, an livore? prorsus supersedere potuisset, qvi prioris modò operis anteloqvium vel levi perlustrâsset oculô. Si enim alicubi (sic tum præcavere decuit)* cespitavimus, *bonus æqvusq; Lector ultrò dabit veniam, siqvidem Amicorum sæpius literis, aliqvando & Novellis, aliisqve relationibus fidem adhibere necessitas qvædam nobis imponebatur. Qvàm facilè autem in talibus* lapsus

sit, experientia docuit. Commissum igitur hic (in priori Biographiæ parte) errorem, *alicubi posthac (quod præsentis est instituti) corrigere allaborabimus. Hæc in eum repetuntur finem, ne novus demuò surgat Aristarchus, & adspersas hinc inde maculas protinus abluere tentet, nec mihi tempus relinquat, ut ipsemet illas expungere ac emendare queam. Impossibile enim est, ut unus homo omnium Scriptorum seriem, nullô planè omissô, pertexat. Quin imo necessum nonnunquam habet hallucinari, dum Auctores ipsimet librorum suorum mutant titulos, & sub diversis interdum nominibus unum eundemq; emittunt librum. Quis schediasmata ista in promptu habet singula, ut accuratius intueri possit? Allegantur modò sub hoc, modò sub alio titulo: Atque hinc error sedulis etiam inponitur scrutatoribus. Qui proinde tali delectatur lapsu, alterique acriter insultat, is profectò parum, vel nihil, in hoc tentavit studio. Huc inprimis τȣ͂ πάνυ Conringii ex epistola ad CL. Placcium verba faciunt. Fieri, inquit, non potest, quin sæpe fallant te suspiciones sive narrationes aliorum (quin imo notata jam à me sunt nonnulla παροράματα) sed non est hoc tanti, ut propterea manum ab isthac tabula removeas. Non sanè prudens aliquis tibi id suaserit; aut æquus non etiam erroribus dabit veniam. Hæc ex veritatis tripode Vir ille inter eruditos quondam maximus. Quis unquam, quærit alicubi pius atque sedulus IC. Ahasverus Fritschius, librum ob omni nævo liberum, omnibusq; numeris absolutum vidit? Præsertim si ex aliorum relationibus, diversisq; dissidentium scriptis, opera nostra*

stra

stra peti debeat, absq; cespitatione prorsus nulla, nemo, opinor, progredietur. Me quod concernit, diffusum valde opus paucis includere chartis, grataque complecti brevitate, quod vel magnæ molis postulâsset volumen, annisus sum. Facillimô equidem negotiô juvenilia Doctorum studia, peregrinationes, connubia, procreationes sobolum, aliaq; propè infinita copiosè, & ad legentium usque nauseam, proferre potuissem, si speciosum potius, quàm utilem scribere librum animus fuisset. Quid si, præter claros ex editis ingenii quibusdam monumentis, & illos adjecissem, qui in Ecclesia aliqua, aut Civitate, meritis nonnullis ac virtute emicuerunt, hem! in quantum opella hæc excrevisset numerum? Quas non expensas exegisset? Illas qui erogâsset, hactenus neminem inveni. Quam ob rem strictim, & quasi per capita, attingere cuncta suscepi. Et hæc etiam causa est, cur à prolixa auctorum allegatione, quibus in recensendis vitis scriptisq; adjutus, consultò abstinuerim. Parum referre existimavi sigillatim enumerare, quis concionem dixit funebrem, aut programma quoddam publicô consignavit nomine. Suffecerit bonæ me fidei adhibuisse documenta, nec scientem volentemq; à veritate dissona adduxisse. Sed ne penitus Lectores ignorent, unde mea depromserim omnia, quintuplicem congessi indicem, nec quicquam dissimulavi, quod ad illorum facere notitiam videbatur. Vice plus etiam simplici me admonuerunt Fautores, ut non solummodo demortuis decentem persolverem honorem; sed & vivis locum in Diario meo aliquem assignarem. Hinc celeberrima Doctorum è Germania, Belgio,

 Gallia,

Gallia, Suecia, Dania, Italia, aliisq; locis Nomina, quò facies literati ordinis hodierna majori ex parte conspiciatur, recensere volui. In posterum, modò Deus vitam mihi otiumq; clementissimè concesserit, uberiorem nectere συλλογὴν Scriptorum, qui præsens illustrant seculum, laborabo. Plure nunc non addam. Consignabo hanc diatribam verbis Theologi præclarissimi, Fautoris mei singularis, Johannis Fechtii, ita sentientis: Si ullum eruditionis historicæ genus parcè excultum est, vitarum id certè recensionem esse, quisquis rem rectô judiciô consideravit, fatebitur, quæ tamen mirum quantam in omnem solidæ doctrinæ partem utilitatem diffusura esset, si accuratiori studiô tractaretur. Vale, Cordate Lector, & fave!

B. C. D.

Obiit *ANNO 1600. die 9. Februarii.*

JORDANUS BRUNUS, *Italus*, Nolanus, ex Regno Neapolitano, ordinis Dominicani. Scripsit *de Monade, Numero & Figura librum: De Innumerabilitatibus, immenso & infigurabili, seu de universo & mundis libros VIII: De imaginum, signorum & idearum compositione libros III: De triplici minimo & mensura, ad trium speculativarum scientiarum & multarum activarum Artium principia, libros IV: Summam terminorum Metaphysicorum: Artificium perorandi* &c. In hisce libris docuit; mundos esse innumerabiles, & quidem ab æterno: Solos Hebræos ab Adamo & Eva originem ducere, reliquos ab eis, quos Deus pridie fecerat: Mosen miracula sua per Magiam operatum fuisse, in qua plus profecisset, quàm reliqui Ægyptii: Leges eum suas confinxisse: sacras literas esse somnia &c. Ob has blasphemias Romæ in campo Floræ, ante theatrum Pompejanum, exustus est.

18. Mart. THEOPHILUS GOLIUS, *Germanus* &c. Vid. Diarii hujus partem 1, & adde *Epitomen doctrinæ Moralis.*

20. Maji. PETRUS FABER, *Gallus* &c. Vid. iterum pars nostra prima, & scripta addi possunt sequentia; *Commentarius ad L. de justitia & jure itemq; de orgine juris; Responsio ad Petri Carpentarii sævum de retinendis armis & Pace repudianda consilium: In libros Academicos Ciceronis & in Orat. pro Cæcinna commentarius: Dudecameron de Dei nomine atque attributis:* Gallicè *Rhetorica & Protocollum Notariorum.*

22. Maji. JACOBUS HEERBRANDUS, *Germanus* &c. Addi poterunt & illa; Ducis Wurtenb. Consiliarius Ecclesiasticus, ob librum interim repudiatum officio semotus, & ad Concilium Tridentinum missus est. Rectoratum Academiæ Tubingensis octies gessit. Cum uxore ultra 50. annos vixit. Edidit, præter in priori Diarii parte allegatos libros, *Explicationem causarum, cur cum Gregorio de Valentia non sit amplius disputandum: Apologiam explicationis causarum: Apolog. duarum dispp. de Anti-christo, & refutationem Hageri ad posteriorem disputationem: Refutationem errorum, calumniarum & mendaciorum, quæ contra ipsum Georg. Gotthardus effutivit: Refut. defensionis Pontificiæ, quæ contra Hyperaspistem è Schola Friburgensi prodiit: Differt. de festo corporis Christi: De Scriptoribus Ecclesiasticis: De Hæreticis, an ultimo sint supplicio afficiendi? De nova Religione, sive Fide contra errores & blasphemias Papistarum: De sacrificiis Leviticis: In Pentateuchum: Orationes funebres super Phil. Melanchthonem: Joh. Brentium: Jacobum Andreæ: Ludovicum, Ducem VVurtenbergicum:* Germanicè *Vindicius pro minori Catechismo Lutheri; Refutationem Novella-*

rum è Constantinopoli allatarum: Professionem Fidei: De origine controversiarum Theolog. inter Lutheranos & Calvinianos: De die & festo omnium Sanctorum: De fide antiqua & nova: Conc. XVIII. de diversis materiis: De Messe: De Vindemia: De Anno jubilæo: De Encæniis Hierosolymitanis: De Indulgentiis pontificiis &c.

22. Maji. BENEDICTUS ARIASMONTANUS, *Hispanus* &c. Vide partem Diarii primam & adde; *Commentaria in Apocalypsin: In librum Josuæ: In librum Judicum: Librum Ecclesiasticum carmine: Psalmos Davidis Latinô carmine cum elucidationibus: Apparatum sacrum: Diarium Christianum: Elucidationem in VII. Epistolas Canonicas: Monumenta humanæ salutis, in quibus Bibliorum figuræ æneis typis expressæ, diversô carminum genere explicantur: Elucidarium in Novum Testamentum: Hymnos: Librum Generationis & Regenerationis Adami, sive historiam generis humani: Biblia Regia, sive opus regium, voluminibus VIII. Versionem Bibliorum interlinearem.*

23. Maji. NICOLAUS HEMMINGIUS, *Danus*, Lalandensis &c. Vid. partem Diarii nostri primam. Ejus quoq; sunt *Commentarius in Acta Apostolorum: Historia Christi: Tractatus de Gratia universali: De officio Pastoris Evangelici: Catechismi quæstiones: Opuscula Theologica: Apodictica methodus de Lege Naturæ: Enarratio Psalmi XXV: Postilla Evangeliorum Dominicalium & Festivalium: Enarratio Psalmi LXXXIV: in Psalmum XXI: Institutio de Persona Christi: Vitæ via* &c.

18. Jun. FULVIUS URSINUS, *Italus* &c. Præter allegatos in parte Diarii prima libros, edidit quoque *Illustrationes in Virgilium: Notas in Eutropium: in Terentium: in Dionem Cassium: Scholias in carmina Græca novem illustrium fœminarum, Lyricorum & aliorum Poëtarum Græcorum: Notas ad Scriptores rei rusticæ: ad Salustium: ad Cæsarem: ad Livium: ad Vellejum: ad Tacitum: ad Suetonium: ad Spartanum* &c.

20. Jun. NICOLAUS VIGELIUS, *Germanus* &c. Septuagenario major. Conf. partem hujus Diarii 1. & adde; *Examen Jurisconsultorum: Constitutiones Carolinas cum jure communi collatas: Jurisprudentiæ Romanæ suspensam hederam: Progymnasmata Fori* &c.

1. August. CAROLUS UTENHOVIUS, *Belga* &c. Conf. part. I. Scripsit quoq; *Epistolarum centuriam: Mythologiam Æsopicam metrô Elegiacô: Libellum adsertatorium, quô Philippi II. Hisp. Regis & Mahometi II. Turcarum Imper. vires & opes explicantur, ex Italico Jo. Boteri Latinè redditum: Epistolam Penelopes ad Ulyssem carmine Græcô redditam.*

7. Aug. JOH. CONRADUS ULMERUS, *Helvetius* &c. Edidit, præter quæ in parte 1. leguntur, *Homilias de Sacramento Cænæ: Symbola Patrum & Conciliorum Oecumenicorum: Scriptum Consolatorium: Geodesiam: Erotemata Dialectica: Comœdiam de Maria Magdalena: Aliam de Lazaro redivivo: Symbola Germanica.* E Græco in Latinum transtulit *Polymorphum Theodoreti.*

25. Septemb.

25. Septemb. ANTONIUS VERDERIUS, *Gallus*, Nobilis, Dominus Vallis privatæ, æt. 55. Struxit *Prosographiam virorum illustrium*: *Bibliothecam Gallicam*: *Supplementum Bibliothecæ Gesnerianæ*: Gallicè *imagines Deorum, ritus & ceremonias in Religione veterum Gentilium.*

ANTONIUS RICCOBONUS, *Italus* &c. Inter ejus quoque scripta numerantur *Commentarii in Ciceronis libros de Inventione, Topica, Oratorem ad Brutum, & libros de Officiis*: *Paraphrasis in libros tres Artis Rhetoricæ Aristotelis*: *De usu artis Rhetoricæ Compendium*: *Oratio de Legum laudibus*: *Ars Comica ex Aristotele*: *Paraphrasis in Poëticam Aristotelis*: *Compendium artis Poëticæ Aristotelis*: *Defensio de quibusdam locis Quintiliani*: *Defensor, seu pro ejus opinione de epistola Horatii ad Pisones*: *Conciliatio cum Nic. Colonio*: *Orationum volumina duo*: *De consolatione edita, sub nomine Ciceronis, adversus Caroli Sigonii assertionem.*

JACOBUS TYPOTIUS, *Belga* &c. Vid. partem Diarii hujus primam, & adde inter ejus scripta *Orationem inauguralem Sigismundo III. Regi Suecorum inscriptam*: *Orationes Genethliacas ad Annam Suec. & Pol. Reginam*: *Orat. Turcicas tres*: *Epistolas duas ad Ordines imperii, pro salute patriæ*: *Jaurinum, vulgo Raab, occupationem auspiciis Cæsaris*: *Gamelion Philippi III. Hisp. Regis & Margaretæ Austriacæ*: *Threnum Poloniæ, sive laudationem D. Annæ Reginæ Poloniæ*: *Antipeponthon Poloniæ in natalem Filiæ Reginæ*: *Historiam Gothorum*: *Encomium Dei, carmine Heroicô*: *Poëmata varia.*

BALTHASAR RUSSOVIUS, *Livonus*, per 37. annos Pastor Revaliensis. Edidit *Chronicon Livoniæ*, linguâ populari.

LUDOVICUS MERCATUS, *Hispanus*, Pincianus, Medicinæ Doctor, ejusdemq; primùm in Academia Vallesoletana Professor, deinde per xx. annos Philippi II. Regis Hisp. Archiater, æt. 86. Scripsit *de communi & peculiari præsidiorum artis Medicæ indicatione*: *Cynæciorum sive de mulierum, virginum, viduarum, sterilium, puerperarum & nutricum morbis communibus libros IV*: *De pulsibus libros III*: *Libellum de essentia, causis, signis & curatione febris milignæ.*

JOH. LATOMUS, *Germanus*, Francofurtanus, Ecclesiastes in patria, ibidemq; Decanus Collegii Cæsarei ad D. Bartholomæum, æt. 76. offic. 50. Reliquit *Precum horariarum Mogunt. Ecclesiæ libellum*: *Historiam de Moguntinis Episcopis*: *Historiam Principum Austræsiæ*: *Antiquitates Francofurdiæ in commentaria redactas*: *Corsendoncam, sive Cænobii Canonicorum regularium Ordin. S. Augustini de Consend. originem & progressum.* Num verò ista opera lucem viderint, me fugit.

ANNO 1601.

12. Febr. PETRUS BACHERIUS, *Belga* &c. Vid. partem Diarii nostri

primam, & adde: *Tractatum super Oratione Dominica: Hortulum precum: Conc. de Oratione: De tribus partibus Pœnitentiæ, Contritione, Confessione & Satisfactione: Apologiticum pro fidelibus defunctis: Tumultum panicum sive Belgicum, versu heroicô: Tabulam sacrorum Carminum & piarum precum enchiridion: In Misoliturgos, sive Missæ osores: De tribus votis vitæ Monasticæ: Dialogum inter Cenophilum & conjugem Eulaliam: Clamorem Pœnitentiæ: Enchiridion Theologiæ Pastoralis* &c.

1. Mart. HARTMANNUS PISTORIS, in Seuselitz & Histein, *Germanus*, Jureconsultus, æt. 58. Publicavit *Observationes singulares, quibus 230. memorabiles casus sive quæstiones explicantur: Libros IV. quæstionum juris tam Romani, quàm Saxonici: Quæstiones Feudales: Tractatum de Laudemio.* Opera ejus junctum edita sunt.

20. April. CONRADUS DASYPODIUS, *Germanus* &c. Vid. part. 1. Edidit quoq; *Hieronis Alexandrini Nomenclaturam Vocabulorum Geometricorum: Isaaci Monachi Scholia in Euclidis Elementorum sex priores libros: Astronomica Præcepta: Hypotheses orbium cœlestium congruentes cum tabulis Alphonsinis, & Copernici, seu etiam tabulis Prutenicis*, & quædam alia.

7. Maji. TIBERIUS CERASIUS, *Italus*, primùm in Curia Romana, inde Fisci & S. Consistorii Advocatus, mox Cameræ Apostolicæ clericus, tandem Pontificis Thesaurarius, æt. 57. Scripsit *Responsa Juris*.

11. Augusti. JO. HEURNIUS, *Belga* &c. Præter Libros in 1. parte recensitos, luci similiter exposuit *Librum de natura & præsagio horrendi Cometæ, qui anno LXXVIII. orbem terrarum terruit: De morbis oculorum, aurium, nasi, dentium & oris librum: De morbis novis & mirandis epistolam: Responsum ad supremam Curiam Hollandiæ & Zelandiæ, nullum esse aquæ innatationem lamiarum indicium: De humana felicitate librum: Librum de morbis, qui in singulis humani capitis partibus incidere solent*, de illo Julius Cæsar Scaliger sic judicavit:

Quô librô tantò libros supereminet omnes,
Quantò cuncta super cætera membra caput.

3. Decemb. PETRUS THYRÆUS, *Germanus* &c. Reliquit quoq; *Dispp. de Apparitionibus Spirituum: De jure vocationis & missionis Ministrorum in Pseudo-Evangelicorum Ecclesiis: Examen Apologeticum thesium Danielis Tossani de jure vocationis* &c. *De clandestinorum Matrimoniorum justitia: De libertate Christianæ fidei & Religionis: De sanctorum invocatione: De legitimo sanctorum cultu, deq; imaginum consecratione: De multiplicibus suffragiis, quibus piè defunctorum Spiritus à viventibus juvatur: De sacrorum hominum continentia: De novo & falso Anti-christo: Apodixin præsumptæ necessitatis utriusq; speciei in sacramentali communione.*

29. Decemb. DANIEL HERMANNUS, *Prussus* &c. Addi possunt ad scripta ejus *de monstroso partu in di-*

strictum Ascheratensi Livoniæ ultra-Dunensis die 18. Augusti anno 1595. in lucem edito Discursus Ethicus Physicus, Historicus: Poëmata Academica, Aulica, Bellica.

JOH. SPRENGIUS, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, Notarius publicus immatriculatus in patria, Poëta ætate suâ insignis. Vertit *Josephum: Homerum: Virgilium: Basilium: Marcellum Palingenium: Ovidii Metamorphosin: Erasmi Proverbia*, & alia, eaque versibus Germanicis expressit.

JO. HUGO A LINSCHOTEN, *Belga* &c. Hæc, & quæ sequuntur, deleri debent, siquidem rectius ad annum 1611. 8. Febr. referuntur.

HIERONYMUS HENRICUS, *Italus*, Romanus, juris utriusq; & Theol. Doctor, in Archigymnasio Romano juris Professor. Extant ejus impressæ *Orationes variæ*.

ANNO 1602.

10. Januar. DANIEL TOSSANUS, *Germanus* &c. Præter ea, quæ in prima parte citavimus, addi poterunt scripta sequentia; *Commentarius in Epistolas Apostoli Pauli: Paraphrasis & explicatio Prophetæ Jeremiæ: Synopsis de Patribus: Censura aliquot errorum Casp. Schwenckfeldii, circa doctrinam de persona & forma Christi: Prælectiones in Psalmum secundum: Orthodoxarum ecclesiarum doctrina de Baptismo: Cœnæ Dominicæ & Apostolicæ descriptio ex 1. Cor. XI. De Ecclesia & ejus veris ac perpetuis notis: Epistola admonitoria ad Petrum Thyræum de examinandi ratione: Dispp. variæ: Militiæ Christianæ hypotyposis:* Germanicè *Vademecum, pro moribundis: Conciones VII de persona & officio Christi: Solamen pro tentatis de usu S. Cœnæ: Apologia pro orthodoxa doctrina de Sacramento Cœnæ Dominicæ: Libellus de senectute gravida.*

3. Februar. MARTINUS RULANDUS, *Germanus* &c. Vide partem Diarii primam, & adde inter scripta ejus *Aphorismos Hippocratis Græco-Latinos in LL. CC. digestos: Grammaticam minorem Græcam: De Lingua Græca ejusq; Dialectis: Formulas colloquiorum Sebaldi Heiden Græcè redditas, cum Latina trium Linguarum nomenclatura rerum: De emendata Linguæ Græcæ structura: Synonyma, seu copiam verborum Græcorum: Catechismum Græco-Latino-Germanicum: Clavem Scripturæ sanctæ mysteriorum tom. IV.*

9. Maji. GEORGIUS LOYSIUS, *Germanus*, Curiâ-Variscus. Vulgavit *Pervigilium Mercurii, de præstantissimis peregrinantis Virtutibus.*

28. Maji. GEORGIUS SIMONIUS, *Danus*, Fionicus, Othenienſis, Philosoph. Magister, Ecclesiæ patriæ, divo Albano sacræ, Pastor primarius & vicinarum Præpositus. Didactica & homiletica concinnavit varia, inter quæ sunt *Davidis, populum numerantis, culpa & pœna X. concionibus exposita: Psalmus XC, homiliis sex* illu-

illustratus: Pædagogia, sive de puerorum educatione: Consolatio gravidarum, cum religiosa admonitione obstetricum &c.

20. Jun. THOMAS WILHELMI, *Danus*, Theol. Lector & Canonicus Londinensis. Struxit *Paraphrasin Psalmorum*, *numeris Danicis adstrictam*.

30. Septemb. JO. PETRI GLANDORPHIUS, *Danus*, Fionensis, Philos. Magister, Rector Scholæ Othenienfis. Typis edidit *Speculum vitæ humanæ*.

5. Decemb. CASP. PEUCERUS, *Germanus* &c. Vid. part. 1. Ejus quoq; sunt *Appellationes quadrupedum, insectorum, volucrum, piscium, frugum, leguminum, olerum & fructuum, quas cum Paulo Ebero collegit*: *Vocabula rei nummariæ, ponderum & mensurarum*: *Oratio de Apoplexia*: *Tractatus historicus de Philippi Melanchthonis sententia, in controversia Cœnæ Domini*: *Defensio adversus Scriptum Theolog. VVittenbergensium*: *Doctrina fidei justificantis in Ecclesia omnium temporum*: *Testamentum in carcere confectum*: *De periculis Regis Gallicæ Henrici IV*: *Artis divinatricis encomia*: *Arithmetica*: *Epistolæ ad Theod. Bezam*.

18. Decemb. GUIL. PERKINSUS, *Anglus* &c. Dextram manum habuit mutilam, & ad scribendum ineptam. Vid. pars 1. & addatur *Sermonum Christi in monte expositio*: *Colloquium de statu hominis Christiani in hac vita*: *Tractatus III. de officiis & dignitatibus Ecclesiastici Ministerii*: *Nubes testium fidelium nos ad cœlestem Canaan dirigens*: *De Imaginationibus cordis humani*: *Exhortatio ad Pœnitentiam*: *Comment. in Epistolam Pauli ad Galatos*: *Dialogus de consummatione seculi*: *Conflictus Christi cum Diabolo*: *Bascanologia*: *De vero lucro omnibus terrenis divitiis pretiosiore*: *Opuscula Theol. varia*.

MAXIMUS MARGUNIUS, *Græcus*, Episcopus Citherensis, Venetiis obiit. Publico bono evulgavit *aliquot S. Patrum reliquias*. Conscripsit etiam *Hymnos Anacreontis*, quos Conradus Rittershusius Latinè transtulit atque edidit.

ANNO 1603.

29. Febr. JO. WHITGIFT, *Anglus*, Theol. Doctor & Archiepiscopus Canterbergensis. Consignavit Anglicè *Responsum ad Libellum, cui titulus*; *Admonitio ad Parlamentum*: *Defensionem responsi contra scriptum T. C. id est, Thomæ Cartwright*.

5. Maji. VIDUS COQUILLIUS, *Gallus* &c. Conf. partem Diarii nostri primam. Ejus quoq; repe-riuntur *Psalmi Davidis 150. paraphrasticè translati in versus Heroicos*: *Notitia Episcopatuum Italiæ*: *Collectiones juris Canonici & Civilis*: *De Concilio Tridentino*: *De beneficiis Ecclesiæ*: *Dialogi de causis miseriarum in Gallia*: *De Interesse Papæ & Legatorum Galliæ*: *Discursus de statu Galliæ*: *Poëmata*: *Institutiones juris Gallici*: *Constitutiones Nivernensium*: *Tractat. de reformatione status Ecclesiastici*, & quàm

quàm plurima scripta alia idiomate patriô.

12. Maji. GREGORIUS STRIGNITIUS, *Germanus* &c. Vide part. 1. *Librum suum de Ossibus redivivis* eleganter ligatum in sepulcro sibi adjungi præcepit.

7. Augusti. PETRUS WESENBECIUS, *Belga* &c. Confer Diarii hujus partem primam. Luci quoq; dedit *Rudimenta Digestorum & Codicis: In Pandectas: De subsidiis necessitati publicæ ferendis* &c.

20. Septemb. BARTHOLOMÆUS SILVATICUS, *Italus*, I.C. æt. 70. Prostant ejus *carmina.*

16. Novemb. PETRUS DE CHARRON, *Gallus*, Theologus, æt. 62. Scripsit idiomate populari *Tres veritates contra Atheos: Discursus de divinitate, Creatione, Redemptione & VII. Sacramentis.*

6. Decemb. THOMAS ZERULA, *Italus*, Beneventanus, Theol. Doctor, Episcopus Minorensis, æt. 55. Emisit *Praxin Sacramenti Pœnitentiæ: De S. Jubilæo ac Indulgentiis tractatum.*

FRANCISCUS VIETA, *Gallus*, &c. Vid. part. 1. Scripsit porrò *de numerosa potestatum resolutione ad exegesin: De rebus Mathematicis responsa: Adversus Christoph. Clavium expostulationem: Canones in Calendarium Gregorianum perpetuum.* Ejus autem *Harmonicum cœleste* publici juris factum non est.

THOMAS CARTWRIGHT, *Anglus* &c. Præter ejus scripta in parte Diarii nostri prima recensita, etiam reliquit *Commentarium in Epistolam ad Colossenses: De Disciplina ecclesiastica contra Jo. VVithgiftium: Apologiam contra calumnias Sutcliffii: Refutationem Translationis Anglo-Rhemensis super Novum Testamentum: Admonitionem ad populum Anglicanum*, Anglicè.

ANNO 1604.

8. Jun. FRANCISCUS RAPHAEL, *Germanus*, Heckstadiô-Malsfeldensis, Phil. Magister, Poëta, Lycei tam Islebiensis, quàm Onoldini ConRector, inde Decanus Fluchtvvangensis, pòst Gymnasii Heilbronnensis Rector & Professor, iterum Decanus, Pastor & Superintendens Generalis Onoldi, æt. 72. Emisit *Conciones: Dissertationes: Carmina varia.*

1. August. CASP. SAUTERUS, *Germanus* &c. Adde *Tractatum de Fraternitate Jesu, ex Hebr. II, 11, 12. Conciones VII. in Canticum Mariæ Magnificat.*

18. Octobr. ÆMILIUS CAMPOLONGUS, *Italus* &c. Vid. Diarii Biograph. part. 1. circa finem anni 1604.

9. Novemb. HIERONYMUS MERCURIALIS, *Italus* &c. Dedit quoq; *Tractatum de compositione Medicamentorum: De morbis oculorum & aurium: De morbis muliebribus: De maculis pestiferis & de Hydrophobia: Tractatum de ratione discendi*

discendi Medicinam: Galeni Opera Latinè reddita & emendata.

CAROLUS VAN MANDER, *Belga* &c. Vid. part. 1. Composuit ac typis subjecit etiam *Tragœdias & Comœdias*; *Originem, destructionem & resurrectionem Urbis Amstelodamensis: Psalterium Davidis & Cantiones Sacras: Iliades Homeri, Bucolicam & Georgicam Virgilii, Rythemô Belgicô expressam.*

ANNO 1605.

4. Febr. ARNOLDUS PONTACUS, *Gallus* &c. Vide Diarii nostri part. 1. circa anni hujus finem.

30. Jun. TOBIAS DORNKRELLIUS AB EBERHERZ, *Germanus*, Iglaviensis Moravus, Nobilis, Phil. & Med. Doctor, primùm Physicus Vlzensis, pòst Practicus Luneburgensis, æt. 34. Edidit *Tractatum de Purgatione: Tract. de Peste, anno 1596. per Germaniam grassante: Dispensatorium novum, continens descriptiones & usum præcipuorum Medicamentorum: Medullam Praxeos Medicæ, opus posthumum: Dispp. de Paralysi: De partibus humani corporis: De Alimentorum temperamentis: De morborum causis.*

9. Septemb. HENRICUS KHUNRATH, *Germanus* &c. Vid. part. 1. Condidit quoq; *Tractatum de Igne Magorum Philosophorumq; secreto externo & visibili: De Athanore Philosophico, ejusdemq; usu.*

29. Septemb. MAGNUS AGRICOLA, *Germanus*, Holtzhemiô-Vlmensis, primùm Diaconus ad S. Petrum, deinde ad D. Virginem Pastor, tandem Ecclesiarum vicinarum Inspector & Superintendens, Consistorii Palatini Neoburgici Assessor. Composuit *Demonstrationem, quod Papatus, & non Augustana Confessio causa sit revocati passim Barbarismi & Ethnicismi.*

3. Octobr. PONTUS THYARDÆUS, *Gallus* &c. Vid. part. 1. Inter opera ejus sunt quoq; *Ephemerides octavæ Sphæræ, seu Tabella Diariæ ortus, occasus, & meditationes cœli illustrium stellarum inerrantium, pro universa Gallia: De cœlestibus asterismis poëmatium: Homiliæ super orationem Dominicam: De Genealogia Hugonis Capeti.*

13. Octobr. THEODORUS BEZA, *Gallus* &c. Conf. Diarii hujus partem 1. Ab eo etiam habentur sequentia; *Brevis explicatio totius Christianismi: Summa Doctrina de re Sacramentaria: Dialogus de vera communicatione corporis & sanguinis Domini, adversus Til. Heshusium: Absterfio calumniarum, quibus aspersa est Ecclesia Genevensis ab eodem: Responsio ad Sebast. Castellionis calumnias: Resp. ad Joh. Brentii & Jac. Andreæ argumenta, de carnis Christi omnipræsentia: De ascensu Jesu Christi: De Hæreticis à civili Magistratu puniendis: Tractatus aliquot contra Brentium: De unitate essentiæ divinæ & tribus in ea subsistentibus personis, adversus Arrianos: Theses de Trinitate Personarum & essentiæ unitate; Quæstionum & Responsionum*

Christianarum libellus: De Pace Ecclesiarum constituenda consilium: Defensio Sacramentalis conjunctionis corporis & sanguinis Christi cum sacris Symbolis, adversus M. Flacium Illyricum: Responsum ad Fr. Balduini convitia: ad Nicol. Selneccerum tres responsiones: ad Fr. Claudium de Xaintes tres apologiæ: Ad acta conventus XV. Theologorum Torgæ habiti apologia: Disceptatio cum Job. Pappo de hypostatica duarum in Christo naturarum unione: Resp. contra Guil. Holderum: Tract. de veris notis Ecclesiæ: De Cœna Domini adversus Jodocum Harchium; Loca aliquot ex Lutheri libro de servo arbitrio: Lex Dei moralis, ceremonialis & politica in harmoniam concinnata: Resp. ad Acta Colloquii Mompelgardensis: Paraphrasis in Jobum: Resp. ad Dan. Hoffmannum: Icones virorum doctrinâ illustrium cum elogiis: Emblemata: De pestis contagio & fuga: Cato Censorius Christianus: Interpretatio Dialogorum S. Athanasii de Trinitate & librorum IV. Basilii adversus Eunomium: Anastasii & Cyrilli compendiaria fidei orthodoxæ explicatio: Theodori Presbyteri Rhenensis libellus de hypostatica unione Græcè editus & Latinus factus: Psalmorum liber vario carminum genere Latinorum expressus: De recta Francicæ linguæ pronunciatione: De germana pronunciatione linguæ Græcæ: Zographia Jo. Cochlæi: Centum Psalmi Davidis versibus Gallicis: De sacrificio Abrahami.

27. Decemb. *MICHAEL JULIUS*, *Germanus*, Gothanus, primum Scholæ patriæ collega, tum Diaconus, demum ibidem Superintendens, æt. 47. Scripta ejus sunt *Hiskias ulcere decumbens: Speculum boni Magistratus: Præsidium Angelicum: Laus conjugalis ordinis & conjugum officium: Regulæ vitæ conjugalis: Margarita pretiosa, sive Conciones XI. ex Matth. XIII: Angelicum Vaticinium sive Conc. VIII. ex Dan. XII: Threni divini super mundi malitia, ex Ezech. XII: Charitas adoptionis, ex Job. III: Jesus mel in ore: Fulmen hostium: De gaudiis vitæ æternæ: Arma Ecclesiæ militantis: Nuptiæ Isaaci: Canciones cygneæ: Conciones X. de nativitate Christi, ex Es. IX: In Adventum Domini: Memoria Christi crucifixi: Christus redivivus: Conciones variæ ex aliquot cantilenis ecclesiasticis: Conc. Paschales: Pentecostales: Comitialis: Inauguralis Templi Herbislebiensis* &c.

27. Dec. ROBERTUS CONSTANTINUS, *Gallus*, &c. Vid. part. I. Ei quoq; tribuuntur *Annotationes & correctiones lemmatum in Dioscoridem: In C. Celsum, Q. Serenum & Q. Rhemnium Palæmonem: Annotationes in historias Theophrasti: Nomenclator insignium Scriptorum, quorum libri extant vel MSti. vel impressi, cum indice Bibliothecæ Gesneri: Thesaurus rerum & verborum utriusq; linguæ: Supplementum utriusq; linguæ atq; elegantiæ: Dictionarium Græcum: De Antiquitatibus Græcorum & Latinorum libri III: Aphorismi Hippocratis versibus Græcis & Latinis: Juliani Imperatoris Misopogonia & epistolæ in linguam latinam conversæ.*

GEORGIUS ERICI, Episcopus Sta-

vangrienſis in Norvvegia. Typis commiſit *Jonæ Prophetiam XXIV. concionibus expoſitam.*

PETRUS SARTORIUS, *alias* STOINSKI, *Polonus*, Nobilis, Paſtor Racovienſis, æt. 40. Reliquit *Colloquia cum Formovio & VViſnovio, de exiſtentia Chriſti Domini ante Matrem ſuam: Defenſionem ſententiæ Fauſti Socini de Jeſu Chriſto Servatore, contra G. Zarnovecium: Diſp. cum Radziminio aliisq; Jeſuitis Lublini habitam: Anti-VVujeckum F. Socini in Polonicum translatum: Reſp. ad librum Martini Smiglecii de præeternitate devinitatis Chriſti.*

DIONISIUS HANGARTUS, *Picardus*, Theol. Doctor, Canonicus Laudenſis. *Nicephori hiſtoriam Eccleſiaſticum* linguâ Gallicâ donatam correxit & emendavit, eiq; epiſtolam præfixit.

ANNO 1606.

21. Mart. ANDREAS MERGILETUS, *Germanus*, Melrichſtadiô-Hennebergicus, primum ſcholæ Schleiſingenſis Collega, pòſt Eccleſiaſtes Beringenſis, demum Mülfeldenſis, Poëta Laureatus, æt. 67. Ab eo habetur *Biblidia, ſive capita Bibliorum ſingula ſingulis diſtichis comprehenſa: Sententiæ inſignes Patrum Eccleſiæ verſibus elegiacis: Antitheſis veritatis & baptiſmi catechetica: Papa homo peccati, filius perditionis & Anti-chriſtus.*

23. Mart. JUSTUS LIPSIUS, *Belga*, &c. Præter ſcripta ejus parte primâ allegata, ſuperſunt hodie *Admiranda, ſive de magnitudine Romana libri IV: De diva Virgine Hallenſi liber: De diva Virgine Sichemienſi ſive Apricolle liber: De Cruce libri: Lovanium, ſive oppidi & Academiæ ejus deſcriptio: Comment. in C. Plinii panegyricum: Antiquarum Lectionum libri quinque: De rectæ pronunciatione Latinæ linguæ dialogus: Animadverſiones in Tragedias L. Annæi Senecæ: Judicium de Conſolatione M. Tullii Ciceronis: Satyra Menippæa, ſomnium & luſus in noſtri ævi Criticos: De una Religione liber: Diſpunctio notarum Mirandulani codicis ad C. Tatium, adverſus Lucium: Rejectiunculæ Sannionis cujusdam Batavi, pro diva virgine Hallenſi: Epiſtolica inſtitutio.*

2. Jul. JO. KUCHLINUS, *Germanus*, &c. Vid. part. 1. Memorabile eſt, quod inter diſputandum, de obedientia divina, paralyſi linguæ correptus obierit.

24. Septemb. JACOBUS MATTHIÆ WELLEJUS, *Danus*, Cimber, Vedelenſis, Phil. Magiſter, Rector ſcholæ Ripenſis, poſtea Templi Cathedralis ibidem Paſtor, noviſſimè Epiſcopus Fionenſium, æt. 66. Publico dedit *Catecheſin viſitationi Eccleſiarum accommodatam.*

29. Octobr. JOH. WEIDNERUS, *Germanus*, Lendſideliô-Hoenloicenſis, primùm ſcholæ Spirenſis Præceptor, deinde Diaconus Creilshemienſis, pòſt Eccleſiaſtes Xenodochii

dochii Hallensisin Suevia, ibidemque Rector scholæ, demum Decanus, æt. 61. Ejus est *Gnomologia Biblica, I. e. dicta & sententiæ insigniores utriusq; Testamenti* Latinè, Germanicè & Græcè.

CLAUDIUS MORENNA, *Gallus*, Theologus Parisinus. *Opera* ejus Gallicè conscripta *unô volumine* prodierunt.

REGINALDUS BELNENSIS, *Gallus*, primùm Regis Consiliarius, postea Parlamenti Parisiensis Præses, tum Libellorum supplicum Magister & Cancellarius, postremò Archiepiscopus Senonensis, æt. 79. Delineavit Gallicè *sententiam pro Clero Gallico in præsentia Regis Henrici III. 17. Jul. an. 1582. pronunciatam: Sermonem in exequiis Cardinalis de Birague: Sermo funebrem in exequiis Ducis de Anjou.*

ANNO 1607.

25. Mart. MARTINUS CRUSIUS, *Germanus*, &c. Conf. Diarii Biogr. partem 1. Notari meretur, quod ab anno 1564. usque ad vitæ suæ finem, Conciones sacras in Templo, inter Professores sedens, calamô Græcè exceperit, quarum 7000. collegit. Auxit *Compendium Æthiopicum Heliodori*: Delineavit *Coronam anni, contra strigilim Frischlini: Antipopysimum* &c.

8. Junii. ERHARDUS CELLIUS, *Germanus*, &c. æt. 60. Vid. pars 1. Addi potest *Oratio funebris de VVilhelmo Ernesto, Comite VValdeccio.*

27. August. HERCULES SAXONIA, *Italus*, &c. Vide circa finem hujus anni in parte prima.

3. Septemb. JACOBUS HASEBARDUS, *Germanus*, Lubecensis, Medicinæ Doctor, Christiani IV. Regis Daniæ Archiater, æt. 55. In lucem emisit *Epitaphium Reginæ Scotiæ, Mariæ, ab Elisabetha Angla securi percussæ.*

3. Septemb. JOH. GUIL. STUCKIUS, *Helvetius*, &c. Præter libros suô locô enumeratos adjiciantur *Orationes de munere Ecclesiastico: De Angelis Angelicoq; præsidio atq; custodia hominum: prognosticon de anno Christi 1588. & iis, qui sequuntur, ad magnum diem ultimi judicii: Caroli Magni cum Henrico Magno Gallorum Rege Comparatio: Orat. funebris in obitum Henrici Bullingeri: Vita Josiæ Simleri: Irene Gallica: Henrici IV. auspiciis sancita gratulatio ad Gallos.* Linguâ vernaculâ *Tract. de Cœna Domini.*

6. Septemb. JOH. ZANGERUS, *Germanus*, Brunsvicensis, J. U. Doctor, & Decretalium in Academia Wittenbergensi Professor, deinde Electoris Saxoniæ Consiliarius, Consistorii & judicii Curialis ac Provincialis Assessor, sæpe Legatus, æt. 50. prof. 26. Condidit *Tractatum de Exceptionibus: Comment. in Decretales; Tract. de Tortura reorum; De Excommu-*

nicatione majore, quâ Pontifices in Principes abusi sunt: *Orationem, quod licitè in scholis doceatur jus Canonicum*: *Dispp. juridicas*. Opera ejus simul etiam prodierunt.

PAULUS REGIUS, *Italus*, Vrseolanus, Nobilis, Theol. Doctor, Episcopus Æquensis, æt. 62. Prelo subjecit *Duo volumina de vitis Sanctorum in regno Neapolitano*; *Dialogos VII. de felicitate & miseria*: *Sermones de tribus virtutibus Theologicis, Fide, Spe & Charitate*, idiomate patriô.

GEORGIUS DIBUADIUS, *Danus*, Phil. Magister, Mathematum primum, deinde & Theol. Professor, hujusq; Doctor in Academia Hafniensi, demum ob editas theses de sanctificando Sabbatho, in quibus in summum Magistratum, aliosque Regni ordines invectus esset, munere suo privatus est. Vulgavit *Orationem de Humanitate JEsu Christi*: *Commonefactionem de disciplina, quæ legibus Academicis præscribitur*: *Orat. de dicto Pauli Rom. XII, 1*: *Speculum sacerdotii, seu Comment. in 1. epist. ad Timotheum*: *Comment. in Psalmos I. II. LXXII. LXXIII*: *Enarrationem Psalmi CXXII*: *Theses de ratione investigandi veram Decalogi sententiam, deq; ejus partitione*: *De primo Decalogi præcepto*: *De appendice ejus, quæ aliis est secundum præceptum*: *De tertio & quarto Præcepto*: *De sanctificando Sabatho*: *De Magicæ Superstitionis vanitate & scelere*: *De Bonis Operibus*.

ANNO 1608.

6. Mart. RENATUS BENEDICTUS, *Gallus*, Andegavensis, Theologus Parisiensis, Henrici IV. Regi à Confessionibus, æt. 87. Ab eo habetur *Modus tollendæ Religionis discordiæ*: *Stromain universum organon Biblicum*: *Tract. de Indulgentiis*: *Locorum præcipuorum sacræ Scripturæ Canonica Expositio*: *Marsilius Ficinus de Religione Christiana emendatus*. Gallicè etiam plurima consignavit.

8. Maji. FRANCISCUS VIDUA, *Italus*, Patavinus, J. U. Doctor, inq; patrio Gymnasio Professor, æt. 45. Typis subjecit *Introductionem in Porphyrium & Commentarium in Logicam*: *Comment. in Institutiones Cæsaris*: *Orationes de laudibus Historiæ*: *In ingressu ad Pandectarum Lecturam*: *In obitu Guidonis Pancirolli*: *In obitu Angeli Matthæaccii* &c.

8. Maji. SIGISMUNDUS BUCHNERUS, *Germanus*, Norimbergensis, J. U. Doctor, judicii Cameralis, quod Spiræ est, Assessor, & ad Comitia Ratisbonensia Legatus, æt. 52. Scripsit *de re & jure Aquatili*.

20. Jul. PEREGRINUS PULLENIUS, *Belga*, &c. Vide Diarii hujus partem primam. Ejus quoque est *De Paupertate Apostolica*: *De Nuptiis Spiritualibus*: *De via compendiosa ad salutem*:

De

De Modo incipiendi Deo servire.

19. Octobr. MARTINUS ANT. DELRIO, *Belga*, &c. Vid. partem nostram 1. Vulgavit quoque *in S. Orientii, Episcopi Illiberitani commentarium & S. Althelmi ænigmata breves notas:* sub nomine Liberii Sangæ, *Peniculum foriarum elenchi Scaligeriani:* Sub nomine anagrammatico Rolandi Miritei Onatini, *Commentarium rerum in Belgio gestarum à Comite Fontano Petro Henriquez, additô tractatu de Tumultibus Belgicis.*

HALVARDUS GUNARIUS, *Danus*, Phil. Magister, Lector Theol. Asloënsis & Archipresbyter. Elaboravit *Flores sapientiæ Divinæ, ex Epistolis & Evangeliis Dominicalibus metro Ebraico, Græco, Latino & Danico collectos: Capita Doctrinæ Christianæ Græcè, Ebraicè, Latinè & Danicè: Evangeliorum Domin. paraphrasin metricam: Parabolas sacras metricè: Summam Articulorum Augustanæ Confessionis metricè: Isagogen in singula Bibliorum sacrorum capita: Chronici Carionis compendium metricum: Chronicon Regum Norvegiæ, elegiacis versibus expositum: Inaugurationem Regis Christiani IV. metro pariter Latino.*

ANNO 1609.

21. Januar. JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER, *Gallus*, &c. Vide partem Diarii hujus primam. Homerum cum interpretatione 21. diebus totum didicit; reliquos Poëtas Græcos intra 4. menses devoravit, neque ullum Oratorem aut Historicum prius attigit, quàm Poëtas omnes teneret. Linguam Hebræam sine Magistro à se ipso didicit. Publici etiam ab eo juris factum *Astramphychi Oneirocriticon cum castigatione Gr. & Latinè: Censura de nominis Jouberti orthographia: Stromateus Proverbialis: Notæ in carmina Empedoclis: Lycophroneæ Cassandreæ interpretatio: Florilegium Epigr. Martialis Græcè: Notæ in Lucanum: Castigationes in Festum: In Verrium Flaccum: Libri VII. Poëtices: Sophoclis Ajax Lorarius cum Latina versione: Hippolyti Episcopi Canon Paschalis cum commentario: Notæ in veterum catalecta: In Hesiodum; Animadversionum liber in locos controversos Roberti Titii, sub nomine Yvonis Villiomari: Elenchus & castigatio anni Gregoriani: Catonis disticha, Græcè cum notis: Inscriptiones antiquæ: Expositio Numismatis Constantini: Ephemerides ab anno 1589. ad an. 1600: Elenchus utriusq; orationis chronologicæ Davidis Paræi: Scazon in urbem Romanam: Conjectanea in Nonni Dionysiacis: Proverbiorum Arabicorum centuriæ duæ cum interpretatione: Loci cujusdam Galeni difficillimi explicatio: Manipulus notarum in Novum Testamentum: De Decimis: Notæ in historiam Aromatum Garsiæ ab Horto: Diatribe ad Martialis librum de spectaculis: Tract. de Æquinoctiis: Confutatio fabulæ Burdonum,* sub

nomine J. R. B. Recensuit *Julium Cæsarem* &c.

1. Maji NICOLAUS GUALTHERUS, *Germanus*, Umena-Schvvartzburgicus, primum in patria Cantor, pòst Rector Rudolphopoli, mox ibidem Diaconus, exinde Decanus Francohusanus, æt. 53. *Tomos aliquot opusculorum* congessisse dicitur.

20. Maji. TOBIAS BRUNO, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, primùm Pastor Lutzingensis, postea Theol. Doctor & Ecclesiastes Aulicus Neoburgensis, demum Pastor Lengfeldensis & vicinarum Ecclesiarum Noricarum Superintendens, æt. 61. minist. 28. Vulgavit *Canciones VIII. de precibus Christi Joh. XVII.*

9. Jul. LUDOV. DE TORRES, *Italus*, Romanus, Archiepiscopus Montis Regalis & S. R. E. Bibliothecarius, demum Cardinalis, æt 58. Elaboravit *Vitam Jo. Verzeræ Poëtæ: Historiam Montis Regalis*, sub nomine Jo. Ludovici Lellii: *Discursum in Antiphonam, salve Regina: Sanctiones Pragmaticas pro regno Siciliæ; Historiam Romanorum Pontificum.*

25. Jul. OBERTUS GIFANIUS, *Belga*, &c. Vide partem Diarii nostri primam. Religionem Protestantium senex mutavit, & ad Pontificiorum castra se recepit. Ejus quoq; prostant *Comment. ad Tit. ff. de Regulis juris: Tracta tus de jure Feudorum: De ordine judiciorum, sive Processus judiciarius: Dispp. difficiliorum materiarum juris: Scholia brevia in Homeri opera à se emendata: Comment. de Imperatore Justiniano: Index rerum Romanarum historicus: Explanatio difficiliorum & celebrium legum Codicis.*

JO. FRANC. BORDINUS, *Italus*, Romanus, Congregationis Oratoriæ Presbyter, IC. & Theologus, Archiepiscopus Avenionensis. Edidit *Romanorum Pontificum Vitas: Librum de rebus gestis Sixti V. Pontif. Romani, carmine: Carminum Volumen.*

JO. VYTENBOGARDUS, *Belga*, &c. Quæ in parte I. Diarii ad hunc annum relata sunt, rectius ad an. 1644. 4. Septembr. adscribenda.

PUBLIUS FONTANA, *Italus*, Palusco-Bergomas, Presbyter & Poëta. Plurima consignavit opera, variô carminum genere, sed præsertim heroicô, inter quæ sunt *Delphinis libri tres: Formica, seu de Providentia Dei: De vanis mortalium studiis*, &c

ANNO 1610.

16. Maji. GERVASIUS BABINGTON, *Anglus*, Northingamensis Nobilis, Cantabrigiæ in Collegio SS. Trinitatis socius & Pastor, Theol. Doctor,

ctor, postea Thesaurarius Ecclesiæ Landaviensis in Wallia, inde ejusdem Diœceseos Episcopus, porrò Exoniensis, ac demum Wigorniensis, æt. 60. Edidit Anglicè *Annotationes consolatorias in libros quinque Mosis: In decem præcepta, fidei articulos, & Orationem Dominicam: Collationem inter humanam fragilitatem & Fidem.*

21. Jul. PETRUS VICTOR PALMA CAYER sive CAIETANUS, *Navarrus*, Linguarum Orientalium Professor Sorbonicus. A. Reformatis ad Pontificios transiit. Scripsit *Paradigmata quatuor linguis Orientalibus, Arabica, Armena, Syra & Æthiopica.* Plura etiam, idiomate Gallicô, tam Theologica, quàm Historica.

ANNO *1611.*

8. Febr. JO. HUGO A LINSCHOTEN, *Belga*, Harlemensis, æt. 48. Euchusæ. Inventor Freti Arctici, quod Nassovici nomine insignivit. Post XII. annorum peregrinationem edidit vulgari linguâ *Itinerarium Indiæ Orientalis: Icones & habitus Indorum ac Lusitanorum per Indiam viventium.* Quæ infrà de eo, in parte prima Diarii Biogr. sequuntur, deleri possunt.

CHRISTOPH. DONAUER, *Germanus* Phil. Magister, Poëta Laur. Cesareus, primum Wisenæ in Palatinatu Neoburgico Pastor, deinde in urbe Ratisbonensi Ecclesiastes. Vulgavit Germanicè *Motivas, cur in suggestu ad refutationem & condemnationem Calvinianorum tacere non potuerit.*

10. Jun. FRANCISCUS VIRLINGIUS, *Germanus*, Theologus Uratislaviensis, æt. 73. Confecit *Libellum informatorium, consolatorium, admonitorium, confessionarium & precatorium: Præfationem & conclusionem super capita V. & N. Testamenti &c.*

VALENTINUS SCHONERUS, *Germanus*, Ecclesiæ Marpurgensis Pastor. Edidit *Poëmata sacra: Confessionem fidei de duobus Articulis hodie controversis, de Persona Christi, & Ejusdem sacra Cœna versibus expositam.*

ANNO *1612.*

17. Maji. JACOBUS RULICHIUS, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, In diversis Palatinatus superioris Ecclesiis, ac postea in patria Pastor, æt. 53. Emisit *Conciones IV. ex Threnis Jeremiæ: Conciones aliaquot ex Psalmis: Incunabula Christi vagientis & blandiensis; Speculum Imperantium:*

Conc. in Nativitatem Christi.

8. Jun. JOH. LEO HASLERUS, *Germanus*, Norimbergensis, primùm Rudolphi II. Imp. deinde Christiani II. & Joh. Georgii I. Electorum Saxoniæ Musicus Aulicus, Nobilis, æt. 48. Francofurti ad Mænum. Vulgavit *Cantiones sacras de festis præcipuis totius anni, cum 4.5.6. & plurium vocum: Missas cum 4.5.6. & 7. vocibus:* Germanicè *Psalmos & Cantiones Ecclesiasticas, ad notas Melodias cum 4. vocibus compositas: Cantiones novas, ad modum Italicum 4.5.6. & 8. vocum: Hortum Veneris, sive novas & amœnas Cantiones & choreas, ad modum Germanorum & Polonorum, 4.5. & 6. vocum.*

9. Decembr. PAULUS JENISCH, *Germanus*, Annæbergensis &c. Vid. Diarii hujus partem primam, & adde; *Scriptum consolatorium ad afflictos, cum adhortatione ad Constantiam: Conciones II. de insolito pecorum interitu: Informationes quinq; diem extremum considerandi: Conciones de morbis corporis & termino vitæ humanæ: Conc. ex Luc. XVI, 2. redde rationem* &c.

THOMAS MERMANNUS, *Germanus*, Coloniensis, Med. Doctor, Episcopi Eystadiani & Ducum Bavariæ Archiater, æt. 63. Typis exscripta sunt ejus *Consilia Medica.*

FRANCISCUS VLMUS, *Italus*, &c. Vid. part. I. Edidit quoque *De occultis in re Medica proprietatibus libros quatuor: De certa ratione judicandi ex urinis*, & nonnulla alia.

ANNO 1613.

25. Januar. HADRIANUS SARAVIA, sive ZARAVIA, *Hispanus*, Theol. in Academia Lugduno-Batava Professor, ibidemque Ecclesiæ Gallicanæ Pastor, demum Ecclesiastes in Anglia, Cantabrigiæ suprema obiens fata. Scripsit *de diversis gradibus Ministrorum Evangelii: De honore Præsulibus & Presbyteris debito: De sacrilegis & sacrilegorum pœnis: Defensionem tractatus de diversorum Ministrorum gradibus, ad Theod. Bezam: Resp. ad convitia quædam Gretseri: Examen tractatus D. Bezæ de triplici Episcoporum genere: De imperandi auctoritate & Christiana obedientia libros IV.*

31. Januar. RUTILIUS BENZOVIUS, *Italus*, Romanus, Canonicus S. Mariæ in Vialata, mox Episcopus Lauretanus & Recatensis. Composuit *Dissertationum & commentariorum in canticum Magnificat libros quinq; Speculum Episcoporum & Curatorum: De anno Sancti Jubilæi: Apologiam pro SS. Domo B. Virginis Lauretanæ, contra Petrum Paulum Vergerium: Tractatum de Immunitate Ecclesiastica: De justitia Pontificii interdicti contra Pseudos Theologos: Explicationem Psalmi LXXXVI. cum tribus disputationibus: De jurisdictione Ecclesiastica & temporali: Explicationem Salutationis Angelicæ: De fuga in bello, fame*

&

& peste: Concionem in laudem S. Jgnatii: Jtalicè *Literas Pastorales ad clerum.*

22. Febr. MARIUS DE ALTERIIS, *Jtalus*, Romanus, Canonicus Vaticanus, casuum Theol. Lector. Scripsit *Tractatum de censuris ecclesiasticis: De Excommunicatione, suspensione & interdicto, cum explicatione Bullæ Cœnæ Domini.*

18. April. PETRUS VILLARIUS, *Gallus*, Lugdunensis, Theol. Parisinus, Episcopus Mirapicensis, demum Archiepiscopus Viennensis, æt. 68. Formavit *Parochorum Institutionem.*

23. April. BALTHASAR CAMINÆUS, *Germanus*, Cellensis, J. U. Doctor, Poës. in Academia Viadrina Professor. Composuit *Vindicias oppositas ingruenti iterum in Marchia Barbariei: Orationem ad Electorem Brandeb. Joachimum Fridericum, cum Francofurtum ingrederetur: Orat. de vita ac laudibus Lamberti Distelmeieri &c.*

7. Maji ANTONIUS PROBUS, *Germanus*, Stolbergensis, primùm Scholæ patriæ Rector, tum ibidem Ecclesiastes, postea Pastor Jslebiensis, demum Vinariensis, Theol. Doctor, novissimè Generalis in ducatu Saxonico Superintendens, æt. 74. Prelo subjecit *Homiliam Dominicâ Cantate Jenæ habitam: Orationes de officio fidelium Christi Ministrorum maximè in taxandis & refutandis blasphemiis & erroribus Calvinistarum: De Friderico Myconio, primo Thuringorum Evangelista: De vocatione & doctrina Martini Lutheri, contra Alb. Hungerum, de consensu doctrinæ Lutheri cum Philosophia Epicuri: De Athanasii Symbolo contra Atheos: De nomine Sophiæ: Conciones duas de Baptismo Christi: Disp. de duabus naturis in Christo: De loco Philipp. II. &c.*

11. Augusti JOSEPHUS DE RUSTICIS, *Italus*, Patricius, ICtus, S. Palatii Lateranensis Comes, Regis Catholici, Hetruriæ Principis ac Palmæ Ducis Consiliarius & Auditor Generalis, Magnæ Curiæ Judex & Advocatus. Evulgavit *Consilium pro Civitate Aqvilæ, in causa Bonatenentium: in Æmilii Pauli Papiniani Responsum lib. IX. ad L. cum Avus de condit. & demonstr. commentaria: De Conditione, si sine liberis decesserit, tractatum.*

20. Augusti JACOBUS FABER, *Germanus*, Stargardiâ-Pomeranus, primùm Scholæ Freyenwaldensis Collega, tum Rector, porro Con-Rector Landesbergensis, inde Rector Stargardensis, postea Hebrææ linguæ Professor Gryphiswaldensis, dehinc ad D. Mariæ Pastor Stargardensis, demum Theol. Doctor & Ducis Pomeraniæ Superint. Generalis, Visitator & Inspector, æt. 77. Ejus prodiit operâ *Mensura Articulorum Fidei controversorum de Prædestinatione, Persona Christi & Sacra Cœna.*

JULIUS JORNATA, *Jtalus*, è Apru-

tio citeriori Neapolitanus, ordinis Minorum, Artium & Theol. Doctor, Concionator Patavii & Neapoli, Administrator in Provincia apud Samnites. Dedit *Qvæstionem de principio Individuationis.*

ABEL STRASBURGIUS, *Germanus*, Saxo, J. U. Doctor, primùm Electoris Christiani I. deinde Ducis Anhaltini, tandemq; Reip. Noribergensis Consiliarius. Vulgavit *Commentarium in L. juris Gentium 7. ff. de Pactis, & in Tit. ff. si certū petatur: Consilia.*

MANFREDUS GOVEANUS, *Italus*, Taurino-Pedemontius, ICtus, Ducis Sabaudiæ Senator & Consiliarius Statûs. Concinnavit *Consilia juridica: Notas & animadversiones in opera Julii Clarii: Orationem funebrem in obitum Philippi II. Regis Hispaniæ.*

JO. BAPTISTA GUARINUS, *Italus*, *&c.* Vid. hujus operis partem primam, & adde *Librum de Secretario: De elegantia & copia pangendi carmina tractatum.*

ANNO 1614.

15. Februar. LUDOVICUS CERQVERRA, *Lusitanus*, Aluitensis, S. J. Theol. Doctor ejusdemq; Eboræ Professor, postea Episcopus Tiberiecensis sive Japonensis, æt. 62. soc. 48. Consignavit literis *Mortem gloriosam sex Martyrum, qvi an. 1604. in Japonia pro Fidei confessione passi sunt: Literas de rebus Japoniæ: Manuale casuum Conscientiæ: Manuale ad sacramenta Ecclesiæ ministranda.*

27. Febr. REINERUS BACHOVIUS, *Germanus*, Senior, &c. Scitu dignum est, qvod Latinam, Græcam & Hebraicam linguam ferè sine Magistro didicerit, præter Gallicam, qvæ ipsi tanqvam vernacula. Cætera de eo suô recensentur locô.

13. Maij MARQVARDUS FREHERUS, *Germanus* &c. Confecit qvoqve ac posteris tradidit *Decisionum Areopagiticarum Sylvulam: Orationem de Constitutionum Imperialium inter cæteras juris civilis partes excellentia: De Statura Caroli Magni Imperatoris Φιλοπόνημα.*

22. Junii PETRUS JOHANNIS WINSTRUPIUS, *Danus*, Hafniensis, Phil. Magister, primùm Theol. Lector in Capitulo Arhusiensi, deinde in patria Pastor, tum Episcopus Arhusiensis, porrò Theol. Doctor, ejusdemq; in Acad. Hafniensi Professor, & Episcopus Roëskildensis, æt. 66. Ejus est *de Vita æterna & morte libellus: Lectiones & preces publicæ: Oratio Prophetæ Danielis, pro diebus deprecationum publicarum: Conciones III. ex Psalmo 51: Conc. III. ex Psalmo 78: Antiqva Admonitio ποιμενική.*

14.

14. Octob. FABIUS PACIUS, *Italus* &c. Vulgavit qvoqve *Carminum volumen, Latinô & Hetruscô idiomate: Psalmos VII. Pœnitentiales, Hetruscô carmine: De morbo Gallico per methodum curando.*

23. Octob. PANCRATIUS CRUGERIUS, *Germanus*, Fürstenvvaldensis, Marchicus, Phil. Magister, Poëta Coronatus, Græcæ linguæ in Academia Francofurtana Professor, æt. 69. Dedit prelo *Rescriptum ad Pauli Nagelii Astronomiam novam: Orationes varias: Disputationes: Carmina.*

GALEOTTUS FERRUS, *Italus*, Patavienfis, juris Professor Salernitatis & Messanensis. Congessit *Volumen Consiliorum: Prælectiones & Scholas in Lecturas matutinas.*

HENRICUS FARNESIUS &c. Hæc, & qvæ seqvuntur, verba delenda sunt, & commodius ad an. 1619. referenda.

ANNO 1615.

16. Januar. CASP. COELHASIUS, *Germanus*, Coloniensis, ex Pontificio factus Reformatæ Religioni addictus, primùm Trarbachii in ducatu Pipontino, deinde Bilsteinæ & Sigenæ, tum Daventriæ, posthæc Essendiæ in Principatu clivensi, porrò Monssenheimii in Palatinatu, inde Gorrichomii, demum Lugduni Batavorum Pastor, ibidemq; Theol. Professor, æt. 79. Emisit sermone Belgico conscripta *Opuscula varia: De jure Christiani Magistratus circa disciplinam & regimen Ecclesiæ &c.*

4. Febr. JO. BAPT. DE PORTA, *Italus* &c. Vid. partem primam. Composuit qvoq; *Villæ libros XII. Artem Reminiscendi: Tragædias ut Georgium: Vlyssem: Peneleopen: Comædias, ut Astrologum: Carbonarium: Cinthiam: Duos fratres; Furiosum; Morum; Turcam &c.*

11. Maji FRIDERICUS GLASERUS, *Germanus*, Tundorffio-Thuringus, primùm Scholæ Alfeldensis Rector, deinde Ecclesiastes Planckensteinensis, tum Henrici jurioris, Domini Plaviensis Præceptor, pòst Superintendens Chranichfeldensis, inde Concionator Aulicus Geranus, demum ibidem Superintendens Generalis æt. 59. minist. 33. Struxit *Arborem imperialem de eminentia Imperii Romani: Oculum Principis: Concionem de Prædestinatione.*

1. Jul. MARTINUS MARSTALLERUS, *Germanus* &c. Emisit etiam *Paræneticum ad Pædagogii Sedinensis alumnos beneficiarios.*

24. Jul. SIMON ULRICUS PISTORIS à Seuseliz, *Germanus*, Nobilis, Electoris Brandeburgici Consiliarius intimus, æt. 45. cœlebs. Elaboravit Germanicè *Commentarium in*

Psalmos Davidicos: Carmina, qvæ leguntur Tomo V. Delit. German.

19. Septemb. DAVID SCHRAM, *Germanus*, Norlingensis, primùm Ephorus Alumnorum Augustæ Vindelicorum, exinde Diaconus ad S. Mariam Neoburgi, pòst ibidem Concionator Aulicus & Consistorii Ecclesiastici Assessor. Cætera legi possunt in diarii nostri parte I. circa finem hujus anni.

ANNO 1616.

6. Jan. ADAMUS THEOD. SIBERUS, *Germanus* &c. Adde *Orationem sub auspicia ineuntis Electuræ Christiani, Ducis Saxoniæ, habitam.*

4. April. POMPEIUS ARIGONUS, *Italus*, Romanus, Consistorii Pontificii Advocatus, tum Romanæ Rotæ Auditor, porro Archiepiscopus Beneventanus, demum S. R. E. Presbyter Cardinalis, æt. 64. Impressa circumfertur ipsius *Oratio pro Canonizatione Dicaci Complutensis: Instantiæ: Decisiones Rotales: Literæ.*

17. Augusti TOBIAS BAURMEISTERUS, *Germanus* &c. Fuit qvoq; Professor Friburgi, tum Advocatus & Syndicus Halberstadiensis. Reliqva habentur suô locô.

1. Novemb. NICOLAUS LAURENTII ARCTANDER, *Norwegus*, Nidrosiensis, arcis Hafniensis Ecclesiastes, pòst Episcopus Viburgensis. Vernaculô idiomate plurima consignavit, inter qvæ præcipua sunt *Speculum miseriæ humanæ: Explicatio Orationis Dominicæ: De Dei essentiali unitate & hypostatica Trinitate: Fidei triumphus: Speculum Pœnitentiæ*, cum *præfatione de justificatione: Crucigeri spirituales: Alexipharmacon desperationis: Explicatio Psalmorum VII. Pœnitentialium: Conciones exeqviales variæ.*

23. Novemb. PROSPER ALPINUS, *Italus &c.* Dedit qvoq; *Medicinalium observationum Historico-Criticarum libros VII.*

5. Decemb. MARCUS ANTONIUS PEREGRINUS, *Italus, &c.* Elucubravit etiam *de juribus & privilegiis Fisci libros VII.: De fictis modis acqvirendæ possessionis.*

14. Decemb. JACOBUS LEMÆRIUS, *Belga*, æt. 31. Inventor Freti alicujus in America, Gallis, Britannis atqve Batavis antea incogniti.

ADRIANUS ROMANUS, *Belga &c.* Qvæ in Diarii nostri parte I. ad hunc annum de eo relata sunt, rectius ad præcedentem annum diemq; 4. Maij referuntur.

MELCHIOR STEINBRUCCIUS, *Germanus* Philos. Magister, Ecclesiæ Gothanæ Diaconus. Prelo dedit *Systema Collegii Apostolici intra ascensionem Christi & effusionem Spiritus Sancti homiliis XXIV. expositum: Conversum Paulum XXII. concionibus explicatum.*

ANNO

ANNO 1617.

25. Januarii JO. HEUMONT, *Lotharingus*, Societatis Jesu, Humaniorum, Rhetoricæ, Linguæ Sanctæ, nec non Philosophiæ Professor Græcii Styrorum, æt. 41. soc. 17. Reliqvit *Orationem in funere Archiducis Mariæ Bavaræ, Matris Ferdinandi II. Imperatoris: Famam posthumam, de Virtutibus Heroicis Ejusdem Mariæ, emblemate variô expositam.*

11. Febr. JO. ANTONIUS MAGINUS, *Italus*, Patavinus, Mathem. Professor Bonaniensis, æt. 62. Præter scripta in parte 1. Diarii nostri recensita, edidit qvoqve *Ephemerides ab A. C. 1580. ad 1630. tomis tribus: Theoricas Planetarum, juxta Copernicum, observationes: Confutationem diatribæ Jos. Scaligeri de Æqvinoctiorum præcessione: De Planetis triangulis: Trigonometriam Sphæricorum: De Metoposcopia libros II. &c.*

20. Febr. JACOBUS CRUSIUS, *Germanus*, Bambergensis, S. J. Serenissimæ Mariæ Annæ Bavaræ à sacris Confessionibus, æt. 69. soc. 50. Multa in vulgus sparsit schediasmata, qvæ fuerunt: *Dialogus familiaris inter Acatholicum investigantem veram Fidem, & Catholicum respondentem: Fax ad veram fidem prælucens, sive instructio hominis ad Fidem orthodoxam: De veritate corporis Christi in Eucharistia: De corruptione sacræ scripturæ facta à Luthero in rebus dogmaticis: De Traditionibus,*

1. Mart. MATTHIAS PLATO, *Germanus*, Soltvvedelensis Marchicus, primùm in patria Conrector, inde Pastor Griesbacensis, tum Consiliarius Ecclesiasticus & Inspector Ambergensis, æt. 72. Prodire fecit Germanicè *Librum Vitæ: Instructionem brevem de præcipuis erroribus Pontificiorum.*

6. April. JOHANNES HEIDENREICH, *Germanus*, Leobergensis Silesius, Theol. Doctor ejusdemq; in Acad. Francofurtana per XIV. annos Professor. Conscripsit *Encomium Academiarum, studia doctrinarum piè rectèq; profitentium & propagantium, carmine elegiacô: Dispp. Theol. de sacra scriptura, aliisq; Locis Theologicis.*

11. Maij REGNERUS SIXTINUS, *Belga*, Leovardiâ Frisus, J. U. Doct. & Prof. Marpurgensis, tum Francofurti ad Mœnum Syndicus, demum Consiliarius intimus Hassiacus, æt. 74. Scripta ejus recensentur part. 1. Diarii nostri, ad hunc anni diem.

24. Jul. CASPARUS FUGGERUS, *Germanus*, Dresdensis, Philos. Magister, scholæ patriæ primùm Collega tertius, deinde Conrector. Scripsit *contra Calendarium novum sive Gregorianum: Relationem brevem de libro, Formula Concordiæ, per qvæstiones, pro rudioribus &c.*

10. Octob. *DAVID HOESCHELIUS*,

Germanus, Augustanus, Scholæ Annææ XXXVII. annos in patria Gymnasiarcha & Bibliothecarius, æt. 61. Publicæ luci exposuit *Origenis contra Celsum libros VIII. Græcè & Latinè: Adriani isagogen sacrarum literarum & antiqvissimorum Græcorum in Prophetas fragmenta: Homilias qvasdam sacras diversorum Autorum: Joh. Chrysostomi homilias sex contra Judæos: Ejusdem Lib. VI. de Sacerdotio: Sapientiam Syracidis, sive Ecclesiasticum Græco-Latinum cum notis: Bibliothecam Photii cum notis: Procopii lib. VIII. Historiarum cum notis: Hermetis Trismegisti Jatromathematica cum notis: Geographica aliqvot excellentissimorum Authorum: Vitam S. Antonii Eremitæ à D. Athanasio Græcè scriptam, cum interpretatione & notis: Terentii Afri comœdias VI. Germanico-Latinas: Philonis Judæi opuscula tria: Maximi Martyris mystagogiam græcè cum interpretatione Latina: Gregorii Nazianzeni definitiones rerum simplices græcè: Joh. Damasceni Orationem Græco-Latinam in transfigurationem Christi: Gregorii Nysseni Orat. de Filii & Sp. Sancti Deitate: Chrysostomi Orationem in natalem Jesu Christi: Γαμικὰ sive præcepta conjugalia: Orat. Græcam de humani generis lapsu: Hieroglyphica Horapollinis correcta & suppleta: Eclogas Legationum Dexippi &c.*

30. Octobr. FERDINANDUS ALBERUS, *Germanus*, Tirolensis, S. J. bis Austriæ Rector, semel superioris Germaniæ Provincialis, Visitator ad Rhenum, æt. 69. soc. 52. Vertit Germanicè *Vitam Ignatii Lojolæ à Petro Ribadeneira conscriptam: Summarium Constitutionum, & Regulas communes Societatis Jesu.*

1. Novemb. JACOBUS SETLERUS, *Germanus*, Glauchensis, Phil. Magister, primùm Pastor in pago Nieder-Boberitsch, inde Diaconus ad S. Nicolaum Freibergensis, demum ejusdem templi Pastor & Senior, æt. 78. minist. 51. Condidit *Dialogos decem, qvos pius Parens cum suis liberis de Christianismo instituit.*

ANNO 1618.

4. Febr. CURTESIUS CURTESIUS, *Italus*, Poëta, æt. 68. Lusit patriô idiomate *Poëmata varia.*

7. Febr. DARIUS TAMBURELLIUS, *Italus*, Picenensis, S. J. Rhetoricæ, Philos. & Theologiæ Scholasticæ Professor Parmensis, æt. 47. soc. 30. Romæ. Scripsit *Qvæstiones definitas, ex triplici Philosophia, Rationali, Naturali & Morali: Viam ad Perfectionem, seu Meditationes per totum annum.*

20. Mart. JO. MOLTHERUS, *Germanus*, Battimontanus Hassus, primùm Scholæ patriæ, tum Grunbergæ Rector, post ibidem Diaconus & Pastor, porrò Pastor Fridbergensis, demum Theol. Doct. hujus & Hebr. Linguæ Prof. Marpurgensis, æt. 57.

æt. 57. Scripta ejus in Diarii Biogr. parte 1. allegata sunt.

19. Jul. *ANDREAS MAUROCENUS, Italus*, Senatur Venetus, æt. 61. Condidit *Historiam Venetam ab anno 1612. usqve ad an. 1615.*

20. Jul. *JACOBUS MONTACUTUS, Anglus*, Eqves, Theol. Doctor, Præses Collegii sydnæani Cantabrigiæ, inde Sacellanus regius, tum ordinis Periscelidos Antistes, Episcopus Bathoniensis & Wellensis, postremò Wintoniensis, æt. 49. Supra 20000. coronatorum in sacrorum usum liberaliter erogavit. *Opera regia Jacobi, magnæ Britanniæ Regis*, edidit.

23. August. *GERBRANDUS ADRIANUS BREDERODE, Belga*, Poëta, æt. 33. Ejus prostant *Ludi, Poëmata &c.* linguâ populari.

26. Septemb. *ALOYSIUS CORRADINUS, Italus*, Patavinus, ICtus, in patria Fori civilis judex & Pandect. Professor, nec non Antiqvarius, æt. 56. Struxit *Seriem Cæsarum & Numismatum.*

8. Novemb. *ALBERTUS JOH. SMIRTZICIUS, Bohemus*, Baro, Director Bohemiæ, æt. 28. Pragæ. *Epigrammata* reliqvit.

LUCAS VALERIUS, Italus, Romanus, in archigymnasio Romano Mathem. ac Geometriæ in primis Professor. Emisit *Librum de centro gravitatis solidorum: De Qvadratura parobolæ per simplex falsum.*

FRANCISCUS MARTELLOTTUS, Italus, Neapolitanus, Clericus Regularis Minorum, æt. 50. Exaravit *Institutiones linguæ Arabicæ tribus libris distributas, in qvibus uberrimè, qvæcunqve ad literas, dictiones & orationem attinent, explicantur.*

ROBERTUS ABBATIUS &c. Delendus hîc est, cùm an. 1617. 11. Mart. idem jam fuerit productus.

NICOLAUS HENARDUS, Lotharingus, Tullensis, S. J. Theol. Moralis Professor & Concionator, collegii tandem Rector, æt. 52. Edidit Gallicè *Conciones sacras in omnes Dominicas Adventus & festos dies.*

JACOBUS GALLUS, Italus, Neapolitanus, in Gymnasio Messanensi juris Professor, deinde Patavii Prof. primarius, æt. 66. Cæcus. Luci exposuit *clariores juris Cæsarei apices.*

MELCHIOR ALCIATUS, Italus, Patricius Mediolanensis, J. U. Doctor & in Acad. Ticinensi Professor. Edidit, præter ea, qvæ parte nostra 1. relata sunt, *Librum de ordine graduum Status Mediolani: De præcedentia inter Feudatarium Cæsarei Ponteficiiqve juris Doctorem, & Feudatarium habentem annexam Comitatus & Marchiæ dignitatem.*

ANNO 1619.

9. April. *LUCILIUS*, (sive ut ab aliis vocatur) *JULIUS CÆSAR VANNINUS*,

NUS, *Italus*, Neapolitanus, Medicinæ in speciem Professor, re Seductor, Hæresiarcha & Atheus, Tolosæ combustus. Struxit *Dialogos de admirandis naturæ* (qvibus non erubuit profiteri naturam omnium Deam) *Amphitheatrum æternæ Providentiæ contra veteres Philosophos: Apologiam Tridentini concilii ad Chemnitium.*

3. Maij JOHANNES AB OLDENBARNEFELT, *Belga*, Eqves, Dominus Berkeliæ, Rooderisiæ &c. Advocatus Hollandiæ & Westphrisiæ, Sigillorum Custos & Scriniorum Magister, vir fama & factis ingens, omniq; laude major, qvem verè alterum Periclem (juxta Baudium lib. 1. de induciis p. 30.) unitarum Provinciarum & patriæ Libertatis atlantem appellare poterant; demum à XXIV. judicibus per ordines Hollandiæ Generales ad mortem condemnatus Hagæ Comitum capite plectitur, æt. 71. Scripsit *Mysteria Hollandica, sive apologiam ad statum Hollandiæ: Epistolas ad viros doctos &c.*

9. Augusti JOH. ALBURGIUS, *Danus*, Cimber, Phil. Magister, æt 77. Confecit *Annotationes in Ciceronem de Senectute.*

14. Augusti JOH. ASSUM, *Germanus*, Nurtingâ-Wurtenbergicus, Phil. Magister &c. Vid. partem 1. circa anni hujus finem, & adde: demum Superintend. Weickershemiensis, æt. 67. minist. 43.

2. Octob. DANIEL HÆNICHEN, *Germanus*, Zoblitziensis Misnicus, Phil. Magister, primùm in patria, deinde Mariæburgi, tum Mitvveydæ Pastor, postea Superintendens Annæbergensis, exinde Electoris Saxoniæ Concionator Aulicus, demum Pragæ à concionibus Aulicis, æt. 54. Formavit *Conciones Pœnitentiales & Consolatorias: Scalam Jacobi: Agnum Dei, concionibus VI: Conciones Gratulatorias: Baptismales: Inaugurales: Festivales: Funebres: Homilias VII. de qvibusdam articulis Fidei controversis cum Calvinianis: Servum justum, sive Conciones XII. ex Esaiæ LIII.: Acolastum, conc. IV. de Filio improbo: Canticum Cygni, ex Septalogo Christi in cruce prolato: Conc. X. de Incendiis: Hiobi Confessionem: Homilias in itinere habitas ex qvinqve prioribus capitibus Josuæ: Conciones Jubilæas: Comitiales: Conc. VII. ex Job. primo: in aliqvot Psalmos: Conciones qvinq; de siccitate &c.*

4. Novemb. PAULUS MARTINI OSTRUPIUS, *Danus*, Cimber, Philos. Magister, Professor Hafniensis, postea Episcopus Scaniæ. Scripsit linguâ patriâ *Testamentum Ezechiæ, ex Esaiæ XXXVIII: Imaginem mortalium, ex Es. XL, 6 7. 8. &c.*

ANNO 1620.

11. Febr. ROMER VISCHER, *Belga*, Amstelodamensis, Poëta, dictus Martialis Belgicus. Edidit linguâ populari *Poëmata plurima.*

20. Febr. JOH. FORGEMONTIUS, *Gallus*, Castravillanensis, Theol. Doctor, *æt.* 73. Vulgavit *Gallicè quædam adversus Bertrandum Avenionensem & Petrum Molineum: Orationes funebres fratris Joh. de Sancto Geminiano.*

8. Mart. OCTAVIUS CAIETANUS, *Siculus*, Syracusanus, Nobilis, S. J. Collegiorum Mamertini & Panormitani, nec non Domus ibidem Professorum Rector, *æt.* 54. soc. 38. Emisit Italicè *Orationem funebrem in exeqviis Philippi II. Regis Catholici*: Latinè *Ideam operis de vitis Sanctorum Siculorum famave Sanctitatis illustrium: Martyrologium Siculum in singulos anni dies: De vitis Sanctorum Siculorum: De Sanctissimæ Deiparæ cultu in Sicilia &c.*

28. Mart. HERMANNUS KIRCHNERUS, *Germanus &c.* Vide part. 1. & inter scripta ejus qvoq; refer *Systema Disputationum Politicarum: Dissert. de jurisconsulto: De Legato.*

2. April. JO. BORDESIUS, *Gallus*, Burdegalensis, Jesuita, Rhetor Mediolani primùm, deinde in Gallia, hic etiam Philos. ac Theol. Professor, Auscitani & Aginnensis Collegiorum Rector, demum Missionarius Canadensis & Bearnensis, *æt.* 61. societ. 42. Scripsit Gallicè librum, cui titulus; *Veri abusus prætensorum abusuum Missæ: Contra & cætera Plesis Mornaii Calvinistæ: De Sacrificio Missæ, contra Calvinum.*

11. Maji EMMANUEL BARRETUS, *Lusitanus*, Portuensis, S. J. Missionarius in Japoniam, *æt.* 57. Formavit Latinè *Flosculos de virtutibus & vitiis, ex V. & N. Testamento & Sanctorum Doctorum & Philosophorum floribus selectos.*

12. August. HENRICUS PETRÆUS, *Germanus &c.* (Vid. Diarii nostri part. 1.) Melancholiâ correptus, è domus fenestra prosiluit, & infelici casu crure fracto periit. Edidit insuper *Elegiarum in nativitatem Christi libros: Enchiridion de aulica vita & privata: Speculum Principum trinum, virtutes & res gestas trium Hassiæ Principum continens: Controversiam de vero testamenti Jesu Christi sensu carmine Elegiaco explicatam notisq; illustratam &c.*

29. Octob. VALENTINUS GUILIELMUS FORSTERUS, *Germanus*, Marpurgo-Hassus, J. U. Doctor & Professor Wittenbergensis, Curiæ Provinc. & Scabinatus Assessor, *æt.* 46. prof. 13. Ab ejus ingenio habentur *Disputationes Feudales: Tractatio Justinianæa: Historia juris Civilis: Paratitla in Pandectas: Liber de Dominio: De juris Interpretibus libri duo: Tractationes Collegia & Dissertationes ad Institutiones juris: De jure Canonico, qvatenus in Academiis reformatis salvâ conscientiâ retineri possit: Additamenta ad Solonis Leges in Latinam linguam versas: Liber de Nuptiis: Libri duo observationum succisivarum: Tractatus de Pactis: De Substitutionibus: Dispp. de Dote: De usu fructu: De usucapionibus: De servitutibus: De investitura:*

De Donationibus: De personis Feudum dantibus & accipientibus: De Qvæstionibus juris civilis controversis &c.

6. Novemb. PETRUS GUSMANNUS, *Hispanus*, Abulensis, Nobilis, S. J. Collegiorum Segobiensis & Abulensis Rector, æt. 60. soc. 43. Scripsit Hispanicè *de bono honesti laboris, & malo otii discursus VIII.*: Vertit Hispanicè ex Latino *Vitam Francisci Xaverii, Orientis Apostoli, scriptam ab Horatio Tursellino.*

GEORGIUS SCHÖNFELDIUS, *Germanus*, Zahnâ-Saxo, Theol. Doctor *&* Ecclesiæ Deliciensis Superintendens, tum Aulæ Dresdensis Concionator & Superintendens, inde Aulæ Cassellanæ Ecclesiastes, demum in Academia Marpurgensi Theol. Professor, Pastor & Consistorii Ecclesiastici Præses, æt. 61. Ejus est *Heptas Syllogistica de emendatione Hassiaca, contra D. Balth. Mentzerum: Dispp. de Resurrectione Mortuorum: De sacra Scriptura &c. Centuriæ IV. thesium Theol. contra Pontificios.*

WIGANDUS SPANHEMIUS, *Germanus*, Theol. Doctor, Friderico V. Electori Palatino & Regi Bohemiæ à consiliis, Ambergæ. Scripsit *Orationem de Friderico IV. Principe Palatino & domo Palatina: Analysin in orationem Ciceronis pro Deiotaro: Poëmata varia.* Germanicè *speculum anni 1588. de effectibus eclipsium.*

CONRADUS DECKERUS, *Germanus*, Juliacensis, Collegii Sapientiæ, qvod Heidelbergæ, Præceptor. Delineavit *Tractatum de Papa Romano & Papissa Romana: De Staurolatria Romana: De Adoratione Crucis: Tractatum de proprietatibus Jesuitarum: Logicam Philippo-Rameam.*

JO. ANGELUS AB ALTAEMPS, *Italus*, Romanus, Gallesii Dux, Soriani Marchio, Tussigrani Comes. Ab eo typis data est *Vita S. Aniceti Papæ & Martyris, cum rebus memorabilibus, qvæ eo Pontifice in Ecclesia sedente acciderunt.*

JACOBUS WERNERUS KYLLINGERUS, *Germanus*, Augustanus, J. U. Doctor, æt. 21. Vulgavit *Librum de Ganerbiis castrorum, sive de Arcium pluribus communium Condominis:*

ANNO 1621.

7. Januar. ANDREAS LONNERUS, *Germanus*, Philos. Magister, Pastor ad S. Georgii Susatinus, æt. 36. Formavit *Relegationem Jesuitarum ex omni bene ordinata Republica vi IX. argumentorum demonstratam: Assertionis nominis Catholici positionem tertiam & ultimam bis centum articulis comprehensam, adversus Papistarum clamores: Tract. de Prædestinatione:* Germanicè

Aqvam

Aqvam sacram cœlô lustralem, ex Apocal. XIV, 13.: Praxin Catecheticam: Homiliam de vera Ecclesiæ Evangelicæ Concordia, qvomodo illa cum omnibus hominibus sit servanda.

7. Febr. FRANCISCUS PITHOEUS, *Gallus*, Trecensis, Nobilis, ICtus & Polyhistor. Luci commisit *Gesta Francorum expugnantium Hierusalem: Collectanea in Petronium Arbitrum: Codicem Canonum veteris Ecclesiæ Romanæ:* Gallicè *de dignitate, prærogativa & potentia Regum & Regni Galliæ.* Unà cum fratre, Petro Pithœo, *Corpus juris Canonici, ad veteres codices manuscriptos restitutum, & notis illustratum.*

2. Mart. CHRISTIANUS WINTHERUS, *Danus*, Pastor arcis Andverscoviensis in Sellandia. Edidit *Meditationes qvasdam D. Joh. Gerhardi Danicâ linguâ donatas: Conc. funebrem ex Psal. XLII.*

6. Jun. CANUTUS RICHARDUS SEBLAD, *Danus*, Fionicus, Othieniensis, Phil. Magister, Rector Scholæ patriæ, æt. 27. Scripsit *de Substantia: De Generatione & corruptione rerum naturalium.*

23. Jun. CÆSAR LAURENTIUS, *Italus*, Romanus, S. J. Græcæ linguæ in patria Professor, æt. 38. Vulgavit *Orationem de laudibus Gregorii XIII. Pontif. Maximi: Libellum carminum rythmicorum.*

3. Augusti GULIELMUS DUVAIR, *Gallus*, Episcopus Lexoviensis, Sigilli Galliæ Custos, æt. 65. Extant ejus *Opera* Gallicè impressa.

14. August. HENRICUS MIRULÆUS, *Belga*, Antverpiensis, Pharmacopæus Francothalensis, Poëta eximius, æt. 70. Reliqvit *Poëmata varia.*

25. August. JOH. NESERUS, *Germanus*, Rotenburgo-Tuberanus, primùm in pago Adelshofensi, deinde in urbe patria Pastor, demum Superintendens, æt. 69. Vulgavit *Conciones III. ex Psalmis LXXIX. & LXXXVIII. de Tentationibus & Melancholia &c.*

15. Septemb. PAULUS (malè Petrus) GUALDUS, *Italus*, Vincentinus, Archipresbyter Patavinus, æt. 73. Conf. partem Diarii Biographici primam.

16. Octobr. JOH. PETRUS SWELINGIUS, *Belga*, Musicus & Organista Amstelodamensis, æt. 60. Edidit *Cantiones sacras cum Basso continuo qvinq; vocum: Versus Gallicos & Italicos ad cantandum &c.*

ARSENIUS MERIUS, *Italus*, Patavinus, ICtus & Poëta, Fori judex, Eqves Venetus, æt. 48. Extant ejus *Carmina Etrusca: Oratio, qvâ Magistratum Lanariæ artis auspicatus est.*

JO. JESSENIUS A JESSEN, *Hungarus* (non Bohemus) Vid. Diarii partem I. circa anni hujus finem. Fuit qvoq; Academiæ Wittenberg. Professor, & Ducum Saxoniæ Archia-

ter. Viennæ in carceris pariete adſcripſit literas J. M M.M M. qvas cùm à diſceſſu ſuo legerent varii, nec intelligerent, ingreſſus tandem eſt FERDINANDUS, ſicq; interpretatus: *Imperator Matthias Menſe Martio Morietur*, ſimulq; arreptâ cretâ adſcripſit itidem prophetiam: *Jeſſeni Mentiris, Malâ Morte Morieris.* Utrumq; factum eſſe dicitur. Edidit, præter jam allegata ſcripta, etiam Jeſſenius *Sermonem de Moribus & Legibus ad Studioſos.*

JOH. BAPTISTA STELLA, Italus, Romanus, ICtus & Poëta. Scripſit *Elegos: Ambulacrum Vaticanum: De anniverſaria Sixti V. Coronationis celebritate.*

MARCELLUS PIGNATELLUS, Italus, Romanus Clericus regularis Theatinus, electus Epiſcopus Æſinus. Emiſit italicè *Epiſtolas Paſtorales ad clericos & ad populum Æſii: Diſcurſum de laudibus Pauli V. Pont. Maximi.*

THOMAS SCHALLER, Germanus &c. Delenda hæc ſunt, qvia ad an. 1611. 13. Decemb. jam erant adſcripta.

ANNO 1622.

2. Mart. JO. MARIUS AVANTIUS, *Italus*, Rhodiginus, Orator & Poëta, J. U. Doctor, in patria Fiſci Patronus, æt. 73. Emiſit *Lampyridis, ſeu Noctilucæ metamorphoſin; Poëmation Italicum: Hiſtoriam Eccleſiaſticam: Conſilia juridica plurima: Carmina varia Latina & Italica.*

26. April. ANDREAS DORERUS, *Germanus*, Hennebergenſis, Med. Doctor & Profeſſor Lipſienſis, nec non Electoris Saxoniæ Archiater, æt. 66. Dedit *Diſp. aliqvot Medicas de Sphacelo, aliisq; materiis.*

20. Maji PETRUS PAEZ, *Hiſpanus*, Toletanus, Nobilis, S. J. Miſſionarius in Goam, Cambaiam &c. æt. 58. Scripſit linguâ Amaranâ, qvæ curialis in Æthiopia, & cæteris cultior eſt, *Tractatum de Abyſſinorum erroribus.* In eandem tranſtulit *Doctrinam Chriſtianam.* Scripſit qvoq; *Literas de ſuo in Æthiopiam ingreſſu: De morte Imperatoris: Annuas ex Æthiopia anni 1617.*

29. Maji JO. SALMUTH, *Germanus*, Lipſienſis, Phil. Magiſter, primùm in patria ad s. Nicolai Paſtor, tum Theol. Licentiatus & Concionator Aulicus Dreſdenſis, demum Conſiliarius Eccleſiaſticus & Paſtor primarius Ambergæ, æt. 70. miniſt. 48. Evulgavit *Homilias II. de S. Cœna: Explicationem Pſalmi XXI.: Relationem de baptiſmate fœminæ Turcicæ: Conciones Pœnitentiales: Jubilæa &c. Theſes de diſtributione Decalogi.*

14. Jun. PETRUS HINCKELMANNUS, *Germanus*, Rostochiensis, Philos. Magistar, in patria Archidiaconus, æt. 51. Elaboravit *de Erroribus Anabaptismi Dispp. XVIII: de Erroribus Calvinismi Dspp. XXII.: De erroribus Papismi disputationes XXIV.*

31. Jul. SALOMON SCHWEIGGER, *Germanus*, Adde æt. 71.

7. Septemb. DIONYSIUS GOTHOFREDUS, *Gallus &c.* In ultima senecta memoriam adeò tenacem habuit, ut optimorum autorum qvorumvis loca, tanqvam ex scripto, expeditissimè recitaret. Præter scripta, part. 1. Diarii Biographici, & plenius Decade 1. Memoriæ ICtorum, recensita, edidit qvoq; *Lucubrationes ad Accursium: Commentar. ad Constitutiones Normanniæ: Canones Apostolorum: Historiam universalem* (à Magno Hasenthalero luci expositam) *Paratitla, varias Lectiones: Dissert. de Nobilitate*: Gallicè *de Reductione Monetarum instructionem.* Liber autem *de jure* (rectius de Statu) *Paganorum* Filio ejus Jacobo attribui videtur.

7. Octob. PETRUS DE SPINA, *Germanus*, Aqvisgranensis &c. Cætera inveniuntur in parte Diarii nostri prima, ad hunc annum, circa finem.

19. Novemb. PETRUS BIARDUS, *Gallus*, Gratianopolitanus, Jesuita, Theol. Professor Lugdunensis & Missionarius in Americam Septentrionalem, æt. 57. soc. 42. Scripsit Latinè *Relationem expeditionis Anglorum in Canadam, suæq; ab illis comprehensionis: Libellum pro auctoritate Pontificis, contra Martinellum Ministrum: Epistolam de Statu Portus Regalis in Nova Francia*: Gallicè *Relationem novæ Franciæ & itineris Patrum S. J. ad illam.*

1. Novemb. *PETRUS PAULUS NAVARRUS*, *Italus*, Lainensis, S. J. Missionarius in Japoniam, æt. 62 soc. 44. Scripsit Japonicè *Apologiam Fidei Christianæ, adversus Calumnias Gentilium.* Traduxit in eandem linguam *Petri Antonii Spinelli* librum, qvi inscribitur: *Thronus Dei Maria Deipara.*

FLAVIUS TORTUS, *Italus*, Papiensis, ICtus, in Gymnasio patrio XXX. annis juris Canonici & civilis Professor primarius, præterea XXV. annis Consiliarius Hispan. & Auditor Tribunalis Inqvisitionis. Prelo subjecit *Additiones ad sextum volumen Consiliorum Baldi: Annotationes seu lucubrationes ad Statuta Civitatis Papiæ.*

ANNO 1623.

6. Febr. JOH. MONRADUS, *Danus*, Pastor Kettingensis in Alsia & Præpositus, æt. 57. Confecit *Gratulationem Electionis Christiani V. Regis Daniæ: Thesau-*

Thesaurum Concionatorum, sive annuam methodum explicandi Evangelia.

19. Febr. *MATTHIAS ZUBERUS, Germanus*, Neoburgicus, Poëta Laur. Cæs. & Poës. Professor Sultzbaci, æt. 53. Vid. part. 1. circa finem hujus anni.

28. Februar. *FRANCISCUS PEREZ DE NAXERA*, *Hispanus*, Ledesmensis, primum Rector Ecclesiæ Parochialis S. Blasii Salmanticæ, deinde S. J. & docendis prima elementa pueris in scholis per multos annos se tradidit, demum spiritualis Adjutor factus æt. 104. soc. 47. Rarum robustæ virtutis in ætate decrepita exemplum. Adeò enim vegetus fuit, ut nullô præcedente graviori morbô, eô ipsô, qvô obiit die, mane descenderit in Templum, & sacro Missæ sacrificio se refecerit, atqve inde rediens in cubiculum expiravit. Scripsit idiomate Hispanicô *Tractatum, pro institutione puerorum, de Orthographia Castellana: De liberatione Pignorum Animæ in omni Statu, &c.*

21. April. *NICOLAUS COEFFETAU*, *Italus*, *&c* demum Episcopus Marsiliensis. Vide Diarii nostri partem 1. circa finem anni 1622. & huc refer.

2. Maji *JOHANNES FLADUNGUS, Germanus*, Philos. Mag. primùm Ecclesiæ Heidelbergensis Minister, deinde Superintendens Salfeldensis, demum Orlamundanus. Formavit *Scholam Pœnitentiæ, cum explicatione Psalm. XC. & XCI.*

4. Decemb. *HIERONYMUS DE ANGELIS*, *Siculus*, Ennensis, S. Jesu. Missionarius in Japoniam, æt. 56. soc. 38. combustus in urbe regia Jendo. Scripsit *Brevem Relationem de Regno Rezo.*

JULIUS SANNAZARIUS, *Italus*, Ticinensis J. U. Doctor, in Academia patria juris Canonici Professor & Causarum Patronus, nec non Legatus. Reliqvit *Tractatum de Sponsalibus & Matrimoniis.*

ANNO 1624.

8. Januar. TOBIAS SIMON, *Germanus*, Dresdensis, Philos. Magister, per XXXIII. annos in patria Scholæ Con-R. & Rector. Edidit *Orationem de Dresda munitissima & aula Electorum celebratissima*, & fortè qvædam alia.

7. Febr. LUCAS BECMANNUS, *Germanus &c.* Adde *Dispp. de Monetis: De juramentis in genere.*

6. Mart. JOH. PINCIERUS, *Germanus*, Wetteranus Phil. & Med. Doctor, primùm Archiater Dillenbergensis & Braunfelsiensis, deinde Physicæ

Professor tam Hebornæ, qvàm Marpurgi, æt. 44. Cætera vide suô locó, in Diarii nostri parte I.

25. Mart. JO. HASIUS, *Belga*, Silvæducensis, S. J. primùm Coloniæ Philos. Prof. & Ecclesiastes, tum Theol. Doctor, Rector Embricæ Provincialis, æt. 81. soc. 62. Adornavit *Chronologiam*: Locupletavit *Petri Canisii Catechismum*: *Cæsaris Heisterbachensis exempla*: *Mariani Scoti Chronicon*.

15. April. SALVATOR MASSONIUS, *Italus*, Aqvilanus, Medicus, Orator, Poëta, Historicus, æt. 70. Confecit *Dialogum de origine Civitatis Aqvilanæ, cum catalogo Scriptorum Aqvilanensium*: *Vitam Johannis à Capistrano, Protectoris Civitatis Aqvilanæ*: *Carmina*: *Encomium Susannæ, Drama*.

4. Maji LUDOVICUS RECHTENBACH, *Germanus*, Longo-Salissa-Thuringus, Phil. Magister, primùm ad S. Stephani in patria Diaconus, tum Ecclesiastes ad D. Bonifacii, porrò ibidem Archidiaconus, tandem Pastor Islebiensis Nicolaitanus & Consistorii Mansfeldensis Assessor, æt. 47. In publicum emisit *Librum precatorium, cui titulus*: *Christianus agonizans*: *Concionem valedictoriam ex Jerem. I, 7. 8.* *Leucopetram sive Conc. Xenicam, ex Psalm. XXVII. 5. 6.*: *Militiam Christianam*: *Clavam Christi, qvâ Pontificii Bona Ecclesiastica restitui volentes repelluntur*: *Ventum susurrantem, sive Conciones II. ex Sirach. XL. 33. de ventis*: *Thesaurum Passionalem Anti-Cinglianam*: *Qvinqve folium Catecheticum*: *Conciones in cantilenas aliqvot ecclesiasticas, &c.*

22. Jun. PHILIPPUS CAMERARIUS, *Germanus &c.* Academiæ qvoqve Altorphinæ recèns erectæ primus fuit Cancellarius, demum rude donatus. *Horæ* ejus *Subcisivæ* in Gallicam, Italicam & Germanicam linguam translatæ sunt.

18. Jun. RUDOLPHUS CAMPEGIUS, *Italus*, Bononiensis, Comes. Dedit *Carmina Italica*: *Dramata*.

7. Septemb. *JACOBUS CAPPELLUS*, *Gallus*, Sedanensis, Theol. in patria Prof. & Pastor, ad Synodum Dordracensem delegatus, æt. 54. prof. 14. Ejus sunt *Epocharum illustrium* θεμελισμοί: *In Apocalypsin Johannis* σύνοψις συζητητικὴ: *Prosodiæ Compendium*: *Rhetorica*: *Scena motuum in Gallia nuper excitatorum, Virgilianis & Homericis versibus expressa*: *Sedis Romanæ potestas, sanctitas, fides*: *Vindiciæ pro Isaaco Casaubono*: *Historia sacra & exotica*: *Historiæ Ecclesiasticæ centuriæ qvinqve*: *De Ponderibus & Mensuris libri tres*: *Observationes in N. Testamentum*: *Observ. in Selecta Pentateuchi loca & in reliqvos V. Test. libros*: Gallicè *Catechismus ex scriptura sacra confirmans fidei confeßionem, qvam Reformati Ecclesiæ Gallicæ Regibus Galliarum* obtu-

obtulerunt: Apologia pro Ecclesiis Reformatis adversus criminationes Leonhardi Leßii, Petri Cotonis aliorumq;: Tropæa Petri Conterii, Jesuitæ: Institutio Christiana contra eundem: Insignia Babelis seu Historia sedis Romanæ.

22. Octob. ÆLIUS EVERARDUS VORSTIUS, Belga &c. Ei qvoqve debetur Observationum rerumq; memorabilium per magnam Græciam, Japygiam, Lucaniam &c. commentarius Hodæporicus: Notæ ad Cornelium Celsum de re Medica: Liber de Bataviæ Piscibus.

Decemb. ANTONIUS MERINDOLUS, Gallus, Medicus. Scripsit Artem Medicam: De Calido innato & Humido primigenio: Selectas exercitationes VIII.

ANNO 1625.

26. Mart. JACOBUS VI. BRITANNIÆ &c: REX. æt. 60. Scripsit qvoq; Paraphrasin Apocalypseos S. Johannis Apostoli: Apologiam pro juramento fidelitatis: Mendaciorum Torti confutationem: Responsum ad epistolam Cardinalis Perronii: Pro jure Regio: Meditationem in Orationem Dominicam. Conf. Diarii nostri partem I.

13. Maji PETRUS PETRI HIENNIUS, Danus, Phil. Magister, Templi primùm Cathedralis Roëschildensis, deinde Sp. Sancti Hafniensis Pastor, æt. 41. Prodire fecit Concionem Danicam ex textu: Ecce qvàm bonum & qvàm jucundum: Davidis Alphabetum ex Psalmo XXXIV.

21. Jul. PHILIPPUS GAMACHÆUS, Gallus, Theol. Doctor & Professor in Sorbona Parisina, æt. 57. Auctor est Summæ Theologicæ III. tomis distinctæ.

28. Jul. PETRUS PECQVIUS, Belga, Lovaniensis &c. Vid. part. I. circa finem hujus anni.

20. Septemb. HENRICUS MEIBOMIUS, Germanus &c. Poëta Laur. Cæsareus. Concinnavit etiam Diarium seu Calendarium Romanum Oeconomicum, Ecclesiasticum, Astronomicum & ferè perpetuum: Tractatum de Genethliacorum Thematum judiciis. Conf. partem Diarii nostri primam.

27. Septemb. ANTONIUS LA CAUCHIE, Belga, Montensis Hanno, S. J. Coadjutor Spiritualis, æt. 42. soc. 20. Formavit Gallicè Piam Alaudam, seu piarum Cantilenarum tomos duos.

JOH. HARTMANNUS BEYER, Germanus, Francofurtensis, Medicinæ Doctor, & in patria Practicus. Elaboravit Praxin Stereometriæ: Logisticam decimalem sive Arithmeticam: Epistolas varias Medicas: Disp. de Lactis ejusq; partium natura & viribus.

JACOBUS FONTANUS, Gallus, S. Maximitanus, Provincialis, Medicus, Parisiis denatus. Luci publicæ dona-

donavit *Commentaria in Aphorismos Hippocratis: Librum de Astrologia Medica: Consilia Medica: Doctrinam Crisium: Practicam curandorum morborum corporis humani.* Opera ejus junctim qvoqve prodierunt.

SAMUEL DURANTIUS, Gallus, Ecclesiæ Parisiensis Pastor. Edidit linguâ vernaculâ *Tractatum de consolatione Afflictorum: Sermones super Esaiam Prophetam: Anatomiam Christianam.*

CASP. STURMIUS, Germanus, Fridslariensis, Pastor primùm Gutenspergensis, deinde Consistorii Ecclesiastici Assessor &c. æt. 75. Vid. Diarii Biogr. part. I.

JEREMIAS FERRERIUS, Gallus, primùm Professor & Ecclesiastes Nemausensis, postea ad Pontificios transiit. Cætera circa finem hujus anni in part. I. inveniuntur.

ANNO 1626.

1. Mart. *GEORGIUS MYLIUS, Prussus &c.* Dedit qvoq; *Dispp. de universalitate ἰσοῤῥόπȣ λύτρȣ Domini nostri Jesu Christi, contra Calvinianos: De Persona Christi ex Galat. IV, 4. 5.* Conf. partem nostram I.

30. Mart. *LAURENTIUS OLAI, Danus,* Pastor Ecclesiarum Allerup & Davinde in Fionia, ac Nomarchiæ Arsumensis Præpositus. Ejus est *Expositio Psalmi XII. in memoriam Ovenii Bilde, nobilis Dani.*

6. April. *HIRONYMUS PRETUS, Italus,* Poëta, æt. 43. Ejus supersunt *Poëmata.*

11. Maji. *PETRUS DE HORTIGOSA, Hispanus,* Ocaniensis, primus de societate Jesu Mexici sacræ Theol. Lector, ejusq; collegii Rector & Concionator, æt. 80. soc. 62. Extat ejus. *Opus posthumum* Latinè *de Concilii Mexicani Decretis, Sessionibus & Canonibus.*

2. Iulii. *MENESLAUS PAULI, Danus,* Sellandus, Nestrediensis, arcis Hafniensis Ecclesiastes. Composuit *Seriam Vulnerum Christi Meditationem: Lamentationem de juramentis: Clangorem Buccinæ, qvô ruunt mœnia Hierochontis, caduntq; Madionitæ hostes Filiorum Dei: De monstro Puellæ natæ: Qvæstiones de Delatoribus: μὴ κλαίε, noli flere: Mortalem omnium hominum delineationem: Decem summa capita bonæ Reipublicæ: Doctrinam de Sabbatho.*

20. August. *ALEXANDER CARRERIUS, Italus,* Patavinus &c. Vulgavit qvoq *Dispp. de somniis & divinatione: De qvæstione; an possint arte simplicia vereq; metalla gigni?* Conf. partem nostram I.

ANNO 1627.

Januar. ZACHARIAS THEOBALDUS, *Bohemus*, Schlaccovvaldensis, Phil. Magister, in pago Norico Krafthoff Pastor, & designatus in Academia Altorphina Mathem. Professor, æt. 43. Adornavit *Chronologiam Ecclesiæ Bohemicæ: Bellum Hussiticum: Arcana Naturæ: Libellum de Anabaptistis: De Visione Dei beatifica: Sponsam Salomonis* &c.

23. Mart. JO. JACOBUS GRASSERUS, *Helvetius*, &c. Vid. partem Diarii nostri primam. Reliquit qvoque *Commentarium in Horatii Flacci opera: Argumentum Historico-Politicum in Theatrum Jo. Ravisii Textoris: Rerum Polonicarum Compendiosam descriptionem: Conciones XXVII. in Threnos Jeremiæ: Dissert. de Antiquitatibus Nemausensibus*, &c.

9. Jul. DIRICH RAF. KAMPHUSEN, *Belga*, Ecclesiastes Documensis in Frisia Occidentali, æt. 43. Ejus prostant populari sermone conscripta *Opera Theologica*.

20. Septemb. JANUS GRUTERUS, *Belga*, &c. Vid. partem nostram I. Reperitur qvoq; sub nomine Anagrammatico *Johannes Gualterius Belga*, sive Janus Gruterus Antverpianus, *Chronicon Chronicorum*.

FABIANUS JUSTINIANUS, *Italus*, Genuensis, Congregationis Oratorii Presbyter. Hujus datur *Index universalis materias in omni facultate pertractans: De Scriptura sacra ejusq; usu*.

CHRISTOPHORUS HEIDMANNUS, *Germanus*, Helmstadiensis, Eloq. Professor primùm in Academia patria, deinde in Regia & Eqvestri Sorana. Delineavit *Europam, seu manuductionis ad Geographiam veterem partem primam: Epitomen Historicam de Cæsaribus Augustis: Orationem in obitum Cornelii Martini: Palæstinam, seu Terram Sanctam: Orationem de emigratione sua in Daniæ Academiam Soranam: ἐπιτάφιον Erico Clavio J. U. D. & Consiliario Guelphico perscriptum: Ciceronis pro Lege Manilia Orationem in versus distinctam argumento & notatione temporis illustratam: in Justi Lipsii libellum de ratione scribendi Epistolas Notas*.

LUDOVICUS DE ORLEANS, *Gallus*, æt. 87. Edidit *Novas Cogitationes in Annales Cornelii Taciti*: Librum Gallicâ linguâ inscriptum; *Planta humana*, & qvædam alia.

ANNO 1628.

ANNO

14. Febr. JOH. ELERUS, *Livonus*, Rigensis, Philos. Magister, ejusdemqve in Academia Wittenbergensi Adjunctus, æt. 31. Rostochii: Edidit *Collegium Pneumaticum: Collegium Ethico-Practicum: Disp. de Communicatione & incommunicatione: Axiomata Philosophica: Angelographiam.*

15. Febr. JOHANNES ZOELNERUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, Phil. Magister, Oratoriæ in Academia patria Professor, tandem rude donatus, æt. 80. prof. 45. Reliquit *Orationem in obitum Jacobi Flachii, Med. D. & Prof. Jenensis habitam*, & forsan qvædam alia.

Febr. JANUS LAURENT. ZEUTHENIUS, *Danus*, Cimber, Phil. Magister, Rector Scholæ Aarhusiensis, deinde Aulæ Rosenholmianæ Ecclesiastes, tandem ædis D. Canuti Otheniensis Pastor primarius. Edidit *Psalmum XXIII. sive Pastorem Davidicum piis illustratum homiliis: Conciones in funeribus aliquot Rosenkrantziorum habitas.*

10. Mart. ERASMUS UNRUHE, *Germanus*, &c. Dedit *Dispp. de usufructu: De absoluta, vera ac propria omnium Actionum in personam & rem distributione, origine, natura & differentia* &c.

19. Mart. SIMON GOULARTIUS, *Gallus*, Senlisiensis, Silvanectinus, Remonstrantium Pastor Amstelodami, demum Exul, æt. 52. Fridericopolis. Collegit *Apophthegmata sacra: Morum Philosophiam Historicam:* Gallicè *Considerationes de conscientia humana: XX. meditationes Christianas de Deo: Considerationes super diversos Articulos doctrinæ Christianæ: De Morte & Vita æterna* &c.

9. Jul. SEBASTIANUS HEMMINGERUS, *Germanus*, Gruningâ-Wurtenbergicus, Phil. Magister, primùm Concionator & Præceptor in Cænobio Wurtenb. Blaubeuriensi, deinde Pastor Rotenackeranus, tum Altingamus, tandem Superintendens Ratisbonensis, æt. 51. Edidit *Concionem, cum novum Templum Ratisbonæ ad S. Trinit. fundaretur, à se habitam.*

22. Jul. ELIAS URSINUS, *Germanus*, Konerâ-Magdeburgicus, Poëta Laureatus, Pastor primùm Rossatii in Austria, pòst Hernalsii & Intzerdorffii, demum Exul Ratisbonæ, æt. 49. Edidit *Tabulam angelicam de IV. Hominum Novissimis, XVI. concionibus explicatam.*

4. Septemb. JO. CAILLET, *Belga*, Duacensis, Jesuita, Græcæ Linguæ Professor & Coadjutor Spiritualis. æt. 51. Effecit *Tomos VI. quibus illustria Sanctorum Virorum exempla & facta lectissima per singulos anni dies digeruntur.*

25. Novemb. GEORGIUS FUIREN, *Danus*, Hafniensis, Med. Doctor.

Scripsit *De Syncope: Indicem Plantarum indigenarum.*

ESAIAS STIEFFEL, *Germanus*, Fanaticus, qui se Ανθρωπόθεον seu θεάνθρωπον nominavit, & essentiale Christi membrum absque ullo peccato esse dixit. Quanquam vel ter errores suos coram Magistratu abnegâsset, ad ingenium tamen toties rediit, tandem iis nuntium misit, & Erphordiæ à M. Hogelio ad sacram Cœnam admissus est. Vulgavit *Locos Communes Theologicos: Scripta Polæmica quinque.*

GARCIAS GARCES, *Hispanus*, Molinensis, S. J. Missionarius, Rector Nangasachi, demum Exul, æt. 68. soc. 54. Edidit idiomate Hispanicô *Relationem de persecutione Japonica & Martyribus, qui in ea Martyrio passi sunt.*

JANUS MUNCH, *Danus*, Nobilis, Thalassiarcha Daniæ & Navigationis Gronlandicæ Director. Ejus extat *Navigatio Septentrionalis, seu descriptio navigationis ad fretum Christiani anno 1619. & 1620.*

ANNO 1629.

6. Januar. *IVARUS HEMMETÆUS*, *Danus*, Cimber, Theol. Doctor & Episcopus Ripensis. Contexuit idiomate patriô *Filiorum Dei thesaurum: Filiorum Dei hospitium: Filiorum Dei lætam vicissitudinem.*

20. Januar. *BALTHASAR LYDIUS*, *Belga*, Dordrechtanus, Theologus. Exaravit *Tomos II. VValdensium, i. e. Conservationem veræ Ecclesiæ ex Confessionibus Taboritarum & Bohemorum demonstratam: Faculam accensam Historiæ VValdensium: Novum Orbem, seu Navigationes primas in Americam.*

10. April. *VVILHELMUS TELINGUS*, *Belga*, Theologus, æt. 49. Qvæ populari sermone vulgavit, sunt *Hierosolyma nova: Soliloqvium Peccatoris: Via plana ad Salutem: Manuductio ad praxin conversionis: Christiani perfecti: Eubulus: Timotheus: Mardachai, sive Patriota Christianus: Samson, sive explicatio Judic. XIII. usq; XVI: Sionis lamentatio super VII. Psalmos Pœnitentiales: Balaam revelatus: Amaritudo sana pro mundanis Christianis: Paradisus precum: Clavis Devotionis: Christiana Colloqvia: Trutina Sanctuarii: Stella polaris ad genuinam Pietatem: Novellæ spirituales* &c. Opera ejus omnia etiam junctim prostant.

19. Junii. *ANDREAS VVILCKIUS*, *Germanus*, Philos. Magister, Gymnasii Gothani Rector. Ejus superest ἑορτολογία *sive tractatus de Festis Christianorum Oecumenicis: Orationum Pleias prima*

prima & secunda: Suada Gothana Latialis: Dissert. de humanæ prolis amore, & qvædam alia.

18. August. *JO. CAPPONIUS, Italus*, Nobilis Bononiensis, Philosophus, Medicus, Poëta & Astrologus. Foràs misit *Poëmata Italica varia.*

26. August. *LEONH. RECHTENBACHIUS, Germanus* &c. In parte Diarii nostri prima huic scripta qvædam tribuuntur, qvæ Fratri suo Ludovico Rechtenbachio debentur, qvem vide.

11. Septemb. *HERMANNUS HUGO, Belga* &c. Hîc deleri potest, & ad an. 1639. referri, ceu in parte Diarii Biographici prima reperitur.

3. Octobr. *PETRUS BERTIUS, Belga* &c. Vide partem hujus Diarii primam. Ex Reformato factus est Arminianus, ac demum Pontificius. Ob hanc causam anno 1619. in Synodo Dordracena excommunicatus.

16. Novemb. *BARTHOL. REUSNERUS, Germanus* &c. Vulgavit qvoq; *Orationem, cùm D. Augustus, Saxoniæ Dux, Rector Academiæ VVittenbergensis renunciaretur: Dispp. de Exceptione Clericorum, qvoad personas eorum; De Actis judiciorum ritè conscribendis: De Transactionibus, modo acqvirendi Dominii naturali & freqventi: De Hæreditatibus ab intestato: De rescindenda Venditione* &c.

20. Novemb. *LUDOVICUS VIGNATUS, Italus*, Laudensis, Nobilis, Curiæ Romanæ Advocatus, Bononiæ Auditor Generalis, causarum civilium judex, tandem Tribunalis Assessor Mediolani, æt. 70. Scripsit *Tres discursus consiliis Horatii Jovannonis insertos: Legatum Dotis, an in casu Religionis cedi possit aliis, quàm Monasterio? An & qvomodo Legatum usus fructus convertatur in proprietatem? Legatum qvando dicatur temporale?* &c.

7. Decemb. *HENRICUS JULIUS STRUBIUS, Germanus* &c. Vid. part. 1. Publicavit insuper *Expliationem πρωτευαγγελίε, contra Pontificios: De prima parte Orationis Christi, ex Joh. XVII.*

JO. CENTURELLA, Italus, Romanus, Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum, & Mediolani Pœnitentiarius. Evulgavit linguâ vernaculâ *Animadversiones supra promissa inhonesta in contrahendis nuptiis: Remedia contra Blasphemias: Orationes.*

ANNO 1630.

16. Mart. *SILVESTER NORITIUS, Anglus*, Somersetensis, Theol. Doctor, tum S. J. Londini Theol. Professor & Ecclesiastes, æt. 59. Societ. 24.

Edidit Anglicè, præſcriptis nominis ſui literis initialibus S. N. *Antidotum Controverſiarum, contra Sectarios: Appendicem dicti Antidoti de Succeſſione in Eccleſia Catholica: Ducem fidei contra Sectarios: Pſeudo-Scripturiſtam.*

30. April. THEODORUS VELIUS, *Belga*, Hornanus, Med. Doctor & Reip. Patriæ Scabinus, æt. 58. Deſcripſit *VVeſt-Friſiam carmine Heroicô: Chronicon Hornenſe* &c.

GEORGIUS DRAUDIUS, *Germanus*, Phil. Magiſter, Paſtor Ortenbergenſis. Ab eo habetur *Bibliotheca Claſſica: Duodenarius Hiſtorico-Biblicus: Judaicus favor niminùm ſuſpectus, idemq́ benè prolixus: Hortulus ſenilis Animæ: Pandectæ V. & N. Teſtamenti: Annotationes in Solyni Polyhiſtorem: Politicorum politorum ſimul & pollutorum mixtura: Verſio Latina Schedæ Regiæ ab Agapeto ſcripta: Diſcurſus typographicus experimentalis: Cornucopiæ ſive Promptuarium Philologicum: Proſopopæia virtutum & vitiorum: Annotationes in Jul. Solinum: Dies Caniculares Simonis Majoli continuati:* Germanicè *Poſtilla hiſtorica: Remedium ſtultitiæ: Colloquia menſalia Theologorum: Compendium ex Scriptoribus optimis de Magia & præſtigiis Dæmonum: Colloquia Principum menſalia: Praxis & Prudentia Aulica: Pandora calamitatum hujus ſeculi: Theatrum Urbium:* Ex Latino vertit *Otthonis Caſmanni Gnoriſmata Electionis: Jacobi Heilbrunneri Schwenckfeldio-Calviniſmum.*

30. BAPTISTA LAMBERTINUS, *Belga*, Antverpienſis, J. U. Doctor, Prætor Halenſis. Struxit *Theatrum regium, ſive Regum Hiſpaniæ ſeriem & Hiſtoriam illius regni.* Ex Italico in Latinum convertit *Vitam B. Imeldæ Lambertinæ.*

30. JOH. MYLIUS, *Germanus*, Iglaviâ-Moravus, Phil. Magiſter, primò Mezericii in Moravia, poſtea Leutſchoviæ, inde Cæſaromarcæ, demum Elbingæ in Pruſſia ſcholæ Rector, æt. 72. Formavit *Orationem de diſcrimine ſcholarum Ethnicarum & Chriſtianarum: Orat. de nova ſchola Elbingenſi anno 1599. habitam:* Germanicè *Relationem, an, quid & in quantum D. Matthias Hoe rebus Bohemicis & electioni Regis Bohemiæ ſe immiſcuit?*

30. HIERON. BRONZERIUS, *Italus*, &c. Vid. hujus diarii part. 1. & adde inter ſcripta *de Febri maligna: De Variolis: De Cometis: De vi ſublunari cælitus impreſſa: Dialogos Oeconomicos.*

ANNO 1631.

29. April. THEODORUS AGRIPPA ALBINÆUS, *Gallus*, Nobilis, Exul. æt. 80.

80. Genevæ. Extat ejus *Historia Galliæ.*

12. Maji. JOH. CHRISTOPH. OELHAFIUS, *Germanus*, Norimbergensis Patritius, J. U. Doctor, Reip. patriæ Consiliarius, Comes Palat. Cæsareus, & Academiæ Altorphensis Procancellarius, æt. 57. Edidit *Discursum Historico-Politico-Juridicum de sensu Q. Mutii Scævolæ dicti: Turpe est Patritio & Nobili viro causas oranti jus, in quo versatur, ignorare.*

30. Jun. PAULUS HELMREICH, *Germanus*, Viennâ-Austriacus, è Pontificio Lutheranus, Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Grimmensis, æt. 52. Adornavit *Vindicias censuræ clancularie Joh. Sigesreitteri sparsæ adversus libellum Pontificium Cælibatum expugnantem oppositas: Pyxidem nauticam aciei inter Evangel. & Papatum: Parentationem Electorissæ Saxoniæ habitam: Scalam Jacobæam, Christianam, Evangelicam, Lutheranam, pro ratione Revocatoria Pontificiorum dogmatum VVittebergæ habitam: Canonicam Ministrorum Evangelicæ Aug. Confess. Vocacionem: Æsculapii Delicias: Sacratissimam Spiritus Sancti Columbam: Majestatem Christi resurgentis: Triumphum patriæ VVittenbergensi Senatui habitum:* Germanicè *Clypeum Christianismi: Speculum Connubiale: Tabulam auream contra Missas Pontificias: Tractatum contra Cælibatum Pontificiorum.* Plura hic Auctor promisit, an verò lucem viderint, nondum comperi.

8. Jul. CYRIACUS HERDESIANUS, *Germanus*, Anhaltinus, J. U. Doctor, & in Academia Viadrina primùm Histor. deinde Juris Professor. Composuit *Lessum in obitum Rudolphi II. Imperatoris: Librum de Perjurio: Cynosuram juris Canonici: Iconem Amicorum: Tractatum Antiquitatum Puteolanarum: De principali in subditos, eorumq; bona & conscientiam potestate: Resolutiones Politicas ex libro primo Annal. Taciti: Epigrammatum centuriam: Dispp. varias: Synopsin de Nobilitate acquirenda, conservanda, amittenda: Sejanem sive de ortu & occasu Aulicorum, problema posthumum: De Amnestia publica* &c.

25. Decemb. JOH. AVENARIUS, *Germanus*, &c. Vid. partem nostram I. & adde *Dispp. de Juramentis: De natura jurisprudentiæ: De Legibus* &c.

JO. BURDELOTIUS, *Gallus*, Senonensis, Consilii Gallici Advocatus, Linguarum Orientalium gnarissimus. Edidit *Notas in Lucianum: In Petronium: In Heliodorum: Psalmum IV. Hebræo-Latinum cum Commentario R. Davidis Kimchi: Epigrammata veterum Rabb. in exponendo Pentateucho: Apologiam pro Heliodoro* &c.

JORDANUS MOSCATELLUS, *Italus*, Vicentiensis, Monachus Hieronymita-

mita-

mitanus, Concionator, æt. 39. Scripsit *Controversiarum pro defensione Philippi Fabri adversus P. Xantem Marialem partes duas: De Potentia neutra adversus eundem.*

CAMILLUS PANCETTA, *Venetus*, Phil. Theol. & Jur. Doctor, Canonicus Patavinus, Romæ juris Canonici Professor, æt. 63. Ejus est *Venetia liberata, Pöema Heroicum: Orationes & Carmina variæ* Hetruscô & Latinô sermone.

TOBIAS TABOR, *Germanus*, Budissinâ-Lusatus, J. U. Licentiatus, & Advocatus in patria ordinarius. Reliquit *Centurias Quæstionum XV.*

HIERONYMUS ALEXANDER, Junior, *Italus*, Forojuliensis, Academicus Humoristarum, Cardinalibus Octavio Bandino, & pòst Franc. Barberino à scribendis Epistolis: Mandavit typis *Commentarium in Caji Institutiones: Poëmata varia: Librum de suburbicariis Regionibus, adversus Anonymum.* Vernaculè *Librum*, cui titulus: *Impresa.*

ANNO 1632.

5. Januar. JO. GODDÆUS, *Germanus*, &c. Adde; primùm in patria Consul, deinde Prof. Elucubravit quoque *Commentarium de Verborum significationibus: in titulum de Sequestratione juris Canonici.*

5. Febr. JOH. TIMMIUS, *Germanus*, Hanoveranus, Philos. Magister, Rector primùm Hamelensis, tum Cellensis, tandem Concionator ibidem Aulicus, æt. 67. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

14. Februarii MELCHIOR STEINBRUCCIUS, *Germanus*, &c. Vide partem primam, & dele: *Systema Collegii Apostolici*, nec non *Conversum Paulum.* Hi quippe libri alteri cuidam ejusdem nominis attribui posse videntur, de quo suprà in hoc tomo secundo ad an. 1616.

16. Septemb. GEORGIUS QUECCIUS, *Germanus*, Vide Diarii nostri part. 1. & huc refer.

8. Novemb. PHILIPPUS LANSBERGIUS, *Belga*, Gandavensis, Pastor primùm Antverpiæ, deinde per XXIX. annos apud Gœzanos in Zelandia, demum rude donatus, Middelburgi degens atqve denatus Medicus idem & Mathematicus insignis, æt. 67. Conscripsit *Libros IV. Triangulorum Geometricorum: Introductionem in Qvadrantem & Astrolabium: Tabulas Motuum cœlestium perpetuas: Commentationes in motum Terræ diurnum & annuum, & in verum adspectabilis,*

Cœli

Cœli typum: Uranometriæ libros III: Cyclometriam novam: Progymnasmata Astronomiæ restitutæ & lib. de motu solis: Chronologiam sacram: Bellum Germanicum Gustavi Magni: Opera omnia.

27. Decemb. HIERONYMUS GERMANUS, *Siculus*, Panormitanus, S. I. Humaniorum literarum Lector, Missionarius in Chio Ægæi maris Insula, æt. 64. Soc. 27. Edidit *Vocabularium Italico-Græco-Vernaculum.*

SILVESTER ZACCHIAS, *Italus*, Romanus, JCtus, Rotæ Senensis, Florentinæ ac Lucensis Auditor. Edidit *de obligatione Camerali Resolutiones: De modo validè contrahendi Societates super officiis Romanæ Curiæ discursum, cum additionibus.*

FRANCISCUS MAGDALENUS CAPIFERRUS, *Italus*, Romanus, ordinis Prædicatorum, sacræ Congregationi Indicis à secretis. Emisit *Elenchum librorum omnium, tum in Tridentino Clementinoq; indice, tum in aliis S. Indicis congregationis particularibus decretis prohibitorum, ordine alphabeticô digestum.*

FRANC. HARÆUS, *Belga*. Quæ de eo circa finem anni hujus in parte nostra prima adducuntur, delenda veniunt, siquidem ad 12. Jan. *jam relata sunt.

HIERON. JOANNELLIUS, *Italus*, Juris Prof. Romanus, tum Ecclesiæ Soranæ Pastor. Evulgavit *Constitutiones.*

ANNO 1633.

3. April. BERNHARDUS PALUDANUS, *Belga*, Enchusanus, æt. 82. Hujus *Technematotheca*, in primis *ob res exoticas & naturales*, ibidem conservatas multùm celebratur.

25. Maji. ULRICUS SCHMIDIUS, *Germanus*, Ulmensis, Phil. Magister, in patria Concionator Templi primarii, Græcæ & Hebr. Lingvæ, nec non Theologiæ Professor ac Bibliothecarius, æt. 32. Emisit *Conciones VII. de Melancholia ex Thren. 1. 20.*

25. Maji. CHRISTIANUS KREMBERGIUS, *Germanus*, &c. Vid. partem nostram primam, & adde: *Dispp. de jure Nuptiarum: De Emtione & Venditione De juramento Calumniæ: De jurament judiciario: De juramento testimonii & purgationis: De juramentis in genere: De Exceptionibus: De Tutela & Cura: De necessaria Defensione: De Emphyteusi: De Lege julia ff. & C. de Adulteriis coërcendis: De injuriis: De Nuptiis: De juramento Minutionis: De juribus ac rebus bellicis: De Servitutibus Prædiorum tum urbanorum, tum rusticorum: De quæstionibus controversis* &c.

26. Maji. JANUS MULENIUS, *Danus*, Fion. Othenienfis, Medicinæ Doctor, inque patria Practicus, æt.

69. Compoſuit *Brevem Febris hiſtoriam*.

1. Auguſt. DANIEL TILENUS, *Germanus*, Sileſius, Theol. Doctor & Profeſſor Gedanenſis æt. 70. Compoſuit *Notas & animadverſiones in duas Controverſias Bellarmini, nempe de Chriſto, capite Eccleſiæ, & de ſummo Pontifice: Notas & animadverſiones in Bellarminum de verbo Dei ſcripto & non-ſcripto: Conſiderationem ſententiæ Jacobi Arminii de Prædeſtinatione, Gratia & libero Arbitrio: Syntagma Diſputationum in Acad. Gedanenſi habitarum: Paræneſin ad Scotos Genevenſes diſciplinæ zelotas: Collationem inter Tilenum & Cameronem, de Gratia & Voluntatis humanæ concurſu: Exegeſin ad XXXI. articulum fidei quam profitentur orthodoxæ in Gallia Eccleſiæ de Antichriſto* &c. Belgicè *de Prædeſtinatione contra Arminium: De Libero Arbitrio*, & quæ ſunt alia.

4. Octobr. BENIAMIN URSINUS, *Germanus*, &c. Cætera circa finem anni 1634. in tomo priori inveniuntur.

10. Octobr. ISAACUS HABRECHTUS *Germanus*, Medicus & Mathematicus. Scripſit *de Cometa anni 1618: Planiglobium cæleſte & terreſtre*: Germanicè *Relationem de ignito Meteoro d. 7. Novembris anni. 1623. aëre delapſo*.

25. Octobr. DIONYSIUS VOSSIUS, *Belga*, Lugduno-Batavus, æt. 21. *Ex Hebræo in Latinum traduxit notisq; illuſtravit Librum R. Moſis Moimonidis de Idolotatria: Scripſit quoq; Panegyricum ad Fridericum Electorem.*

SCIPIO CAFARELLUS, *Italus*, Romanus, Pauli V. Pontificis Maximi ex ſorore Nepos, Cardinalis, dictus *Burgheſius*, Archiepiſcopus Bononienſis, Pænitentiarius major, nec non Epiſcopus Sabinenſis, æt. 57. Vulgavit *Carmina de Cardinalibus à Paulo V. creatis, ac Epiſcoporum ab eo inſtitutorum præſtantia: Epiſtolas negotiales plures.*

JACOBUS CAPELLUS, *Gallus*, &c. Quæ circa finem hujus anni de eo in parte Diarii prima inveniuntur, delenda ſunt, & ad an. 1624. d. 7. Septembr. referenda.

ANNO 1634.

19. Mart. FABIANUS NATUS, *Germanus*, &c. Cætera huc facientia extant ad an. 1643. circa finem, in Diarii noſtri parte prima relata.

3. April. GUILHELMUS FORBESIUS, *Scotus*, Abredonenſis, primum Phil. Magiſter, & Logicæ in Acad. patria Proeſſor, deinde Eccleſiæ Alfordenſis Miniſter, tum in patria Paſtor, porro Theol. Doctor, Collegii Mareſchallani Præfectus ſeu Gymnaſiarcha, deniq; per tres tantùm menſes primus Epiſcopus Edenburgenſis, æt. 49. Scriptum

ejus à nobis adductum est in parte prima Diarii biographici, circa finem hujus anni.

24. April. BERNHARDUS MEYER, *Cimber*, Slesvicensis Flensburgicus, Pastor Teutonicus Hafniæ. Ejus reperitur *Panegyris gemina in natalem Jesu: Lampades, comædia sacra*.

28. April. STEPHANUS BUBALUS DE CANCELLARIIS, *Italus*, Romanus, S. J. Phil. & Theol. Patavii & Romæ Professor, Collegii Romani Rector, nec non pænitentiarius, æt. 72. Formavit *Commentationum Angelicarum in universam Angeli Doctoris tractationem de Angelis tomum primum: Orationem de Passione Domini*.

27. Junii. GODOFRIDUS REUTERUS, *Germanus*, Bitterfeldensis Saxo, J. U. Doctor & Professor Wittenbergensis, Curiæ Provincialis Assessor, Viduæ Electorali Luchtenburgi & Anhaltinæ in Cosneig à consiliis, æt. 49. Reliquit *Dispp. aliquot juridicas* e. g. *de injuriis & famosis libellis: De Instrumentis sive Literariis documentis; De jure Collectandi; De Testamentis: De operis novi nunciatione: Quæstiones Miscell. juris controversi* &c.

26. Jul. LAURENTIUS LÆLIUS, *Germanus*, &c. Vid. partem I.

23. Augusti. NICOLAUS HELDVADERUS, *Cimber*, Slesvicensis, Christiani IV. Daniæ Regis Astrologus & Calendariographus, æt. 70. Publicæ luci dedit *Onomasticon etymologicum: Encolpodion historiarum sacrarum: Calendariographiam sacram: Coronulam roseam: Librum formularum danicarum: De Cometa anni 1618: Ephemerides varias variorum annorum: Sylvam chronologicam circuli Balthici*.

5. Octobr. GEORGIUS SCHULTZE, *Germanus*, &c. Vide partem Diarii primam, & adde: *Dispp. de Contractu empti & venditi: De Cantractibus in genere: De Protestationibus* &c.

25. Octobr. JANUS DION. JERSINUS, *Danus*, &c. Vid. part. Diarii biographici primam.

JOH. HARTMANNUS, *Germanus*, &c. Relatus hic est ad an. 1643. sed numerus 1634. esse debet.

ANNO 1635.

Januar. MICHAEL LEDERERUS, *Germanus*, Torgensis, J. U. Doctor & Prof. Wittenbergensis, Curiæ Provincialis Advocatus, æt. 57. Foràs misit *Dispp. de Servitutibus personarum, personalibus & realibus: De successione ab Intestato: De Privilegiis Creditorum* &c.

10. Januar. JO. MARIA DE S. JOSEPHO, *Italus*, Patritius Genuensis, Carmelita

lita discalceatus, Provincialis Poloniæ, æt. 46. Scripsit *Disputationem adversus Ministros Arianos Poloniæ: Exercitia spiritualia: Epistolas Pastorales.*

10. Jan. *AURELIUS BUSSOLUS*, *Italus*, Tirinensis, Medicinæ Doctor, in patria per XXVIII. annos, & deinde Mediolani Prof. primarius. Vulgavit *Prælectiones Practicas de recto usu Præsidiorum in Febribus putridis, de purgatione & de venæ sectione in Avicennam: Tractatum de Hirundinibus: De modo consultandi in Febribus putridis.*

20. Febr. *ANTONIUS FABER*, *Germanus*, Phil. Magister, JC. & Cancellarius Schvvartzburgicus, æt. 74. Edidit *Tractatum de Religione regenda in Rebuspublicis, sive de optimo Ecclesiæ statu.*

16. Mart. *PETRUS CHRISTIANI BOR*, *Belga*, Historiographus, æt. 76. In lucem misit *Historiam Belgicam.* Opera ejus historica VI. voluminibus distincta prostant Belgicè.

1. April. *FRANCISCUS DONATUS*, *Italus*, Romanus, ordinis Prædicatorum, Missionarius ad Indos, ob Catholicam fidem à Mauris captus gladio periit. Evulgavit *Opuscula de Accentibus: De Abbreviaturis Hebrææ Linguæ: De Doctrina Christiana, quæ in unum collecta, Poma aurea inscripsit.*

6. Jun. *DANIEL MONCHMEIERUS*, *Germanus*, Saltzensis Magdeburgicus, Phil. Magister, primum in patria, deinde Wernigerodæ Rector, tum Archidiaconus Haringensis, porrò Pastor & Superintendens Franckenhusanus, posthæc Coadjutor, & demum Superintendens Brunsvicensis, æt. 53. minist. 23. Reliquit *Conciones aliquot funebres ex 1. Corinth. XV. 3. 4. aliisq; dictis Scripturæ desumptas.*

8. Jun. *BENEDICTUS FASOLINUS*, *Italus*, Neapolitanus, Monachus Cartusianus, æt. 71. Ejus est *Tractatus Theologicus collectus ex sacra Scriptura.*

30. Jul. *DANIEL ANGELOCRATER*, *Germanus*, Corbachiensis Hassus, primùm Scholæ Stadensis Collega, deinde Pastor in Mertenhagen, Isthæ itidem & Francobergæ, postea Archidiaconus, mox Superintendens Marburgensis, ad Synodum Dordracenam Deputatus, tum Exul post hæc Pastor Gudensbergæ, inde Consistorii Hassiaci Assessor Cassellis, demum pastor & Superintendens Cöthenis, æt. 66. Præter ea, quæ ad an. 1639. circa finem, in Diarii Biogr. parte 1. allata sunt, scripsit quoq; *Artem Poëticam: Phrases Poëticas: Grammaticam: Explicationem Prophetæ Danielis: Explicat. Apocalypseos: De fractione Panis in S. Cæna, contra Vietorem: De LXX. Hebdomadibus: Conciones Jubelæas: Conc. super Evangelia, Epistolas &c.*

10. August. *CHRISTOPH. SCHLEUPNERUS*, *Germanus*, &c. Conf. partem 1. Diarii Biographici, & adde: *Theophaniam, sive Colloquium fidelis cum Christo: Musicam crucis Christianorum;*

norum: Refutationem erroris Huberiani, contra D. Kecken: Canticum Cygni de vita æterna.

8. Septembr. *SAMUEL SCHARLACHIUS, Germanus*, Gardelebiensis Marchicus, Phil. & Med. Doctor, poëta Cæsar. primùm phys. deinde Medicinæ in Academia Viadrina professor. Prostat ejus *Gratiarum actio ad Deum divosq; septemviros Brandenburgicos, Fundatores & nutricios Academiæ Francofurtanæ: Carmina* &c.

19. Novembr. *PHILIPPUS HOCHSTETTERUS, Germanus*, Augustanus, Med. Doctor, physicus & Nosocomii patriæ Medicus ordinarius, æt. 43. Congessit *Rararum observationum Medicinalium Decades sex: Decades quatuor alias, sive partem posthumam.*

24. Decembr. *GEORGIUS SILBERSCHLAG, Germanus*, Erfurtensis, junior, Phil. Magister, primùm in patria ad Ædem Prædicatorum Diaconus, deinde ad D. Michaëlis Pastor, demum Past. Prædicat. & Ministerii Evangelici Senior, æt. 73. Minist. 44. Prelo subjecit *Cancionem de morte violenta, cùm Erfurti XX. homines collapsâ domô nuptiali supprimerentur: Conciones IV. Pentecostales: Conc. in auspicium novi anni, ex Esaiæ XLV. habitam* &c.

HIERONYMUS DE GUETTIS, Italus, Romanus, Eremita S. Augustini, ejúsdemq; ordinis Superior Generalis, æt. 71. Vulgavit *Constitutiones ordinis Eremitarum S. Augustini, cum annotationibus Bullarum & Decretorum: Vitam Ritæ de Cassia*, sub nomine pii Religiosi.

PAULUS ÆMILIUS SANCTORIUS, Italus, Cæsartanus, Ven. Signaturæ Referendarius, pænitentiæ Datarius, S. Officii Consultor, demum Urbini Archiepiscopus, æt. 75. Explicavit *Duodecim Virgines & Martyres: Historiam Monasterii Carbonensis, ordinis S. Basilii; Vitas SS. Petri & Pauli.*

ANNO 1636.

3. Maji. *SAMUEL HEINNITZ, Germanus*, &c. Vid. pars prima. Edidit quoque quæ *Mysterium Unitatis, sive Concionem sub initium anni 1607. habitam.*

11. Jul. *SCIPIO ROVITUS A TURTURELLA, Italus*, JCtus, æt. 80. Confecit *Argumenta in Caravittæ edicta & sanctiones Neapolitanas; Consilia.*

25. Jul. *CLAUDIUS EXPILLIUS, Gallus*, Delphinas, J. U. Doctor, procurator Generalis Fisci in patria &c. Vid. Diarii nostri part. 1. Edidit quoque *Decisiones juris.*

3. Septembr. *PETRUS LASENA*, (per Anagr. *PLENUS ASTRÆA*) *Italus*, &c. Vid. partem nostram primam.

&c

& dele, qvæ in Appendice de PETRO LANSENA referuntur. Composuit quoqve *Miscellanearum observationum in Poëtas Italos librum primum: De veteri Gymnasio Neapolitano opus: Historiam Gynicam: Cleombrotum, sive de iis, qvi in aqua pereunt, dissertationem.*

8. Novembr. ONUPHRIUS SIGISMUNDUS, *Italus*, Theatinus, Ordinis Minorum, philosophus & Ecclesiastes Bononiæ, Florentiæ, Venetæ, Romæ & Theatæ. Reperitur ejus *Oratio in laudem S. Antonii de Padua.*

BERNHARDUS ALBRECHT, *Germanus*, &c. æt. 67. Vid. part. I. & adde: *Conciones VII. super Psalmum XLVI.*

ANNO 1637.

2. Febr. JOH. TIMÆUS, *Germanus*, primùm Archiepiscopatus Magdeburgensis Cancellarius, postea Electoris Saxonici Consiliarius, æt. 68. Conf. partem nostram primam, circa finem hujus anni.

15. Febr. GOTFRIDUS SCHLUTERUS, *Germanus*, Vesaliensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Martinianæ Conrector Brunsvicensis, tum Pastor Gottingensis, postea Theol. Doctor & ibidem Superintendens, demum Superint. Oldenburgensis & Consistorii Assessor, æt. 71. minist. 40. Conscripsit *Explicationem certaminis, qvod de Philosophiæ in regno & mysteriis Fidei actione & usu, deq; veritate duplici humana & spirituali, inter D. Dan. Hoffmannum aliosq; Theologos, & inter Cornelium Martini & Philosophos in Acad. Julia agitatum est: Dispp. Philosophicas varias.*

8. Maji. TOBIAS MEVIUS, *Germanus*, Jutrobocensis Saxo, J. U. Doctor, in Curia Electorali Advocatus, Comitis Barbiensis & Principis Anhaltini Consiliarius, æt. 35. Reliquit *Disputationes aliqvot juridicas de Nuptiis, aliisq; materiis.*

27. Maji. NICOLAUS PASCHASIUS, Theol. Doctor & Episcopus Bergensis in Norvegia. Congessit *Lexicon Græco-Latinum Novi Testamenti.*

25. Jun. NICOL. CLAUDIUS FABRICIUS PEIRESCIUS, *Gallus*, &c. Vide partem Diarii nostri primam, & adde: Demum Abbas S. Mariæ Aquistriensis in Aquitania, Mæcenas Literatorum incomparabilis. In Academia Romana honoratus est oratione funebri, præsentibus aliqvot Cardinalibus. Elogia ejus linguis XL. expressa in uno habentur volumine, cui titulus; *Rangloffia, sive generis humani lessus, in funere delicii sui*

11. Jul. JOH. GEORGIUS PELSHOFERUS, *Germanus*, Græcensis &c. Vid. partem

tem 1. Paravit etiam *dissert. de Paracelsistarum ungento armario.*

15. Jul. MAURITIUS BURCHARDUS, *Germanus*, &c. æt. 51. Vid. Partem 1. Diarii nostri Biogr. circa anni hujus finem.

12. Septemb. CHRISTOPHORUS LOMMITIUS, *Germanus*, Grimmâ-Misnicus, Theol. Baccalaureus, initio Diaconus, pôst Archid. in patria. *Funebres Contiones* edidisse fertur.

9. Novemb. PAULUS FRIEDEBORN, *Germanus*, JCtus, Regis Sueciæ, Gustavi Adolphi, Consiliarius, Ducum Pomeraniæ Consiliarius Statûs & Provincialis, nec non Consul Stetinensis. Vulgavit *Chronicon Stetinense libris tribus.*

ALPHONSUS MANCO, *Italus*, Neapolitanus, Ordinis Minorum Regularium Generalis, æt. 70. In lucem misit *Instructionem Magistri Novitiorum.*

ANDREAS HILDEBRANDUS, *Germanus*, Stetino-Pomeranus, Med. Doctor, Aulæ Stolbergensis Archiater, inqve patria Practicus. Confecit *Diarium Pomeranicum: Genealogiam Ducum Pomeraniæ: Epistolas de Hæmorrhagia: De generatione calculi: De cornu Cervino: De Gutta Gamandra* &c. qvæ excusæ sunt, cum G. Horstii observ. & Epistolis.

ANNO 1638.

30. Januar. ROCHUS HONARDIUS, *Belga*, &c. Vid. partem Diarii primam, & adde. æt. 66. Dedit qvoque *Diarium Legationis Sueo-Polonicæ.*

26. Februar. CLAUDIUS CASP. BACHETUS, Dominus de MEZIRIAC, Nobilis *Gallus*, Mathematicus & Poëta, æt. 45. Consignavit *Librumde Poësi Italica: De Poësi Latina: Delicias Poëseos Gallicæ: Epistolas Ovidii traductas cum commentario: Vitam Æsopi Gallicè expressam: Interpretationem & Comment. in Diophanti Arithmeticam: Recreationes Arithmeticas: Recreationes Mathematicas:* Ex Italico *Tractatum de Tribulatione* convertit.

1. Mart. HENRICUS ROHANÆUS, *Gallus*, Dux, vulneribus, quæ in famosa illa ad Rhinsfeldium acie accepit, confossus obiit Kunigsfeldæ in Helvetia, æt. 59. Celebratur liber ejus, qui inscribitur *de Principum & statuum Christiani Orbis utilitatibus & momentis* Gallicè.

14. Jul. HENRICUS KLARE, *Germanus*, Hildesiensis, Philos. Magister, primùm ad D. Martini in patria Pastor, demum ibidem Superintendens, æt. 67. minist. 40. Reliquit *Conciones funebres plurimas: Vale Martinianum: Concionem novi anni* &c.

8. Septemb. CHRISTIANUS BROCHMANDUS, Casp. Filius, *Danus*, Sellandus, Hafniensis, designatus

Pro-

Professor Academiæ patriæ. Scripsit *de causis decrementi Imperii Romani.*

CAROLUS MASSERIUS, *Italus*, Romanus, Canonicus secularis Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, Philos. ac Theol. Professor, æt. 44. Exaravit *de possibili Mundi æternitate Disputationem.*

MATTHIAS JANUS, *Danus*, Fionicus, Medelfardensis, Phil. Magister, Pastor Templi D. Nicolai Hafn. deinde Concionator ibidem Aulicus, tandem Theol. Doctor & Episcopus Scaniæ. Ejus sunt *Encænia sacra h. e. Inauguralis Cancio in inauguratione Templi Christianstadensis: Conc. funebres ex Esaiæ LVII. ex Esa. III,* &c.

FRANCISCUS CAVALERIUS, *Italus*, Romanus, Episcopus Valvensis & Sulmonensis. Publicavit *Diæcesanam Synodum anno 1629. celebratam.*

CYRILLUS LUCARIS, *Græcus*, Cretensis, Hieromonachus, primùm Scholæ Ruthenorum Ostrogensis Rector, pòst Archimandrita sive Exarchus per XIX. annos Alexandrinus; demum Constantinopolitanus, ab ipsis autem Græcis propter heterodoxiam cathedrâ dejectus, inque Insulam Rhodum relegatus est, sed à factione sua ad Patriarchatum rediit, donec tandem à Turcis iterum pulsus, & laqueô strangulatus periit, æt. 66. Delineavit *de Statu Græcarum Ecclesiarum ad Jo. Utenbogardum epistolam: Confessionem Fidei* Græcè & Latinè impressam, qvam multi Calviniana spirare dogmata asseverant.

FRANCISCUS DE BIVAR, *Hispanus*, &c. Hæc, & qvæ sequuntur, delenda, siquidem is ipse jam ad anno 1636. relatus apparet.

ANNO 1639.

28. Januar. GEORGIUS HAUSMANNUS, *Germanus*, Mitvveidensis, Poëta Cæsareus, primùm Scholæ Freibergensis Collega tertius, deinde Rector Dresdensis per XV. ferme annos. Collegit *Flores de quartergeminis areolis horti Evangelici, Latinô, Græcô ac Germanicô carmine: Laudem posthumam Gustavi Magni, Suecorum Regis* &c.

6. Febr. GEORGIUS NEANDER, *Germanus*, Suebosiensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Francofurtanæ Conrector & communis Mensæ Inspector, deinde Græcæ Lingvæ ibidem Professor, æt. 66. Reliquit *Dispp. Philosophicas de Concoctione aliisq; materiis.*

7. April. GOTHOFREDUS WEIDNERUS, *Germanus*, Med. Doctor ejusdemqve in Acad. Viadrina Professor.

Dedit *Dispp. de Febri maligna Petechiali & materiis aliis Medicis.*

11. Maji. *GUILIELMUS ROMANUS, Germanus*, Coethensis, Phil. & Med. Doctor, primùm Practicus Zvviccaviensis, postea Archiater Anhaltinus, demum Consul & Physicus Numburgensis. Prodire fecit *Disputationum Medicarum librum primæ partis Medicinæ, quæ dicitur φυσιολογική, fundamenta continentem: Orationem pro Principe Norwegiæ, Academiæ Lipsiensis Rectore &c.*

17. Maji. *ALBERTUS WESTPHALUS, Germanus*, Peinâ - Hildesiensis, Philos. Magister, in patria Pastor Michaëlitanus. Ejus est *Relatio necessaria de origine calumniæ Jesuiticæ & iniquo contemptu Germanicæ versionis Biblicæ B. Lutheri: Apologetica contra errores, sub explicationis Positionum duarum & necessariæ defensionis nomine publicatos &c.*

21. Maji. *THOMAS CAMPANELLA, Calaber*, &c. æt. 75. Vide Diarii part. 1.

17. Augusti. *MARTINUS HORTENSIUS, Belga*, &c. Vide ex parte prima annum 1640. & huc refer.

20. Augusti. *MARTINUS OPITIUS, Germanus*, &c. in societate fructifera dictus der Gekrönte. In ejus obitum Chronodistichon.

QVI pestIs fVeras LIngVarVM barbarIeI,
HeV! GeDanI VILI peste Poëta peris.

19. Septemb. *JOH. STRAUCHIUS, Germanus*, &c. Vid. partem Diarii primam, & adde *Dispp. de læsa Majestate: De Testamentis: De concursu ac prælatione Creditorum: De Nuptiis: De Actionum cessione &c.*

19. Decemb. *HENRICUS WOTTON, Anglus*, &c. Vide partem Diarii nostri primam, & adde: Edidit quoque *Fragmenta Architecturæ morum de Puerorum educatione: Collationem seu Parallelismum inter Robertum Devereux, Comitem Essexiæ & Georgium Villiers, Ducem Buckinghamiæ: Historiam vitæ ac necis dicti Villiers: Descriptionem belli inter Pompejum & Cæsarem: Characterem Ferdinandi Magni Florentiæ Ducis: Discursum super electione Ducum Venetorum Nicolai Donati & Antonii Prioli.*

24. Decemb. *LAURENTIUS DE PONTE, Italus*, Neapolitanus, Clericus Regularis Minorum, Theol. Professor, æt. 64. Elucubravit *Annotationes literales & morales in D. Matthæi Evangelium: Commentarium in Sapientiam Salomonis.*

ASCANIUS GRANDUS, Italus, Patricius Lupiensis, Poëta. Emisit *Poëma Sacrum*, cui titulus: *Virgo desponsata*, aliaque.

ELISABETHA TANFELDIA, Angla, Hebraicè, Græcè, Latinè, Gallicè locuta, æt. 60. Londini. Vertit Anglicè *Petronii Cardinalis ad Jacobum Regem responsum.*

ANNO 1640.

6. Januar. WILHELMUS, A CALCHEIN, dictus LOHAUSEN, *Germanus*, Bergensis Nobilis, Electoris Brandenburgici Chiliarcha & Legatus, inde Principis Bipontini Cubicularius, tum Principum Silesii supremus pedestris Legationis Legatus, porro Marcionis Brandenb. Joh. Georgii præfectus tormentorum Generalis, post hæc Comitis Oldenburgici summus militiæ præfectus, nec non Regis Daniæ Consiliarius, Commissarius & Generalis Vigiliarum præfectus, Regis quoque Sueciæ Consiliarius bellicus, supremæ militiæ pedestris præfectus Wismariæ, demum Ducis Megapolitani Consiliarius, & apud Rostochienses præsidii militaris Moderator, in Societate fructifera dictus der Feste/ æt. 56. Typis subjecit *Resolutiones aliquot Geometricas*. Vertit ex Italico *Malvezzi persecutionem Davidis*: ex Latino *Sallustii historiam de conjuratione Catilinaria*. Deleri autem possunt, quæ de eo, circa anni 1641. finem, in parte nostra prima notata sunt.

2. April. FRANCISCUS MAYVARTUS, *Belga*, Gandavensis Flander, ex Pontificio factus Reformatus, primùm Middelburgi, deinde Gröningæ Professor Philosophiæ, æt. 55. Extat ejus *Metaphysica*.

15. Jun. DAVID CRUSIUS, *Germanus*, Grimnicensis, Phil. & Med. Doctor, primùm Fontejæ, tum Erfurti Practicus, variorum simul Ducum atque Comitum Archiater, demum Consul Erfurtensis, æt. 51. Struxit *Theatrum morborum Hermeneti-co-Hippocraticum, seu methodicam morborum & curationis eorundem dispositionem, partibus duabus.*

28. Jun. IOHANNES NEANDER, *Germanus*, J. U. Doctor & Professor in Academia Viadrina. Ejus est, ni fallor, *Decadum Anagrammatismorum præmetium: Dispp. juridicæ.*

4. Novemb. NICOLAUS MARTINI SKELDERUP, *Danus*, Fionicus, Phil. Magister, primùm Logices, deinde Theol. Professor Soranus. Ab eo habetur *Apophthegma Frisii Cancellarii Regii; Fides Calvinistica est manus Thomæ, oratione illustratum: Tractatus Danici de electione sive prædestinatione æterna: De novissimis Christi crucifixi verbis* &c.

7. Novemb. ANTONIUS THYSIUS, *Belga*, Antverpiensis, primùm Ecclesiæ Harlemensis, dein Amstelodamensis

mensis Minister, inde in Gymnasio Hardevicensi Professor, denique Theol. &c. Vid partem hujus Diarii primam, & adde; *Orationem de Theologia ejusq; studio capessendo.*

26. Novemb. *CASPARUS CÆLIUS, Italus*, Romanus, Pictor, Historicus, Poëta, æt. 69. Reliquit *Poëmata: Comedias: Pictorum vitas: Picturas in Vrbe existentes.*

3. Decemb. *JOH. MEELFURERUS, Germanus*, Culmbacensis, Phil. Magister, primùm Superintendens Generalis in patria, deinde Concionator Onolbacensis, demum Consiliarius &c. Videatur pars nostra prima, & addi poterunt scripta ejus nondum à nobis allegata, e. g. *Auctarium vindiciarum Evangelicarum: Vindiciarum Apostolicarum hexas, cum appendice potiores elenchos ex epistola ad Epheseos exhibente: Vindiciarum Apostolicarum dodecas, analysin elenchticam Epistolarum ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, & ad Colossenses continens: Manuale Lexici Hebraici:* Germanicè *Postilla Evangelico-Proverbialis: Conciones ex Rom. XIV. de Adiaphoris: Conc. III. de tarda Templorum frequentatione, de Bacchanalibus & scholis Monasticis: Conciones de Prædestinatione: Manuductio, quomodo Psalmi cum Evangeliis conferendi: Manuale historicum, in quo dicta Biblica historiis illustrantur.*

25. Decemb. *PAULUS ANDREÆ, Danus*, Fionicus, Cartamundanus, Philos. Magister, Ecclesiæ Asnensis Pastor & vicinarum Præpositus. Scripsit *de prima causa & dependentia omnium entium ab ipsa.*

CHRISTOPHORUS RADZIVIL, DUX BIRCENSIS & DUBINCIENSIS, S. R. Imperii Princeps, Woivvoda Wildensis in Lithuania, militiæ Generalis & Administrator Mohilovensis &c. Edita est Ejus *Peregrinatio Hierosolymitana* Polonicè & Latinè.

FRIDERICUS HORTLEDERUS, Germanus, J. U. Doct. Saxo-Vinariensium Ducum informator, dein Consiliarius, in societate fructifera dictus der Einrichtende. Concinnavit *Tractatus varios de Concursu Actionis realis meræ ac pænalis mixtæ: De ratione Legis publicæ, ex vero sensu L. non omnium 20. D. de LL. ejusq; genuinis exemplis: De Lege Regia Germanorum: De justitia Belli Germanici, contra Carolum V: Imperialia Politica: Acta Imperii de bello Germanico &c.*

ANNO 1641.

3. April 30. *DAVENANTIUS, Anglus*, Londinensis &c. Cætera in biographiæ hujus parte I. circa finem anni 1640. reperiuntur, ubi no-

men JO. DAVENTIUS, per errorem typographi legitur.

19. Jun. JOHANNES WETZELIUS, *Germanus*, Moylensis Saxo, Phil. Magister, primùm Pastor Sandersdorffensis in Saxonia, deinde Luneburgensis ad D. Michaëlis, demum Ducatuum Luneb. & Grubenhagensis, necnon Comitatuum Hojensis ac Diepholtzensis Superintendens Generalissimus, B. Joh. Arndii successor, æt. 71. minist. 45. Reliquit *Concionem sacram de rei monetariæ corruptela: Conciones aliquot funebres* &c.

29. Augusti JOANNES ANTONIUS ANGRISANUS, *Italus*, Neapolitanus, Clericorum Regularium generalis Præpositus, Archiepiscopus Surrentinus, æt. 81. Luci exposuit *Tabulas, in quibus universam Indulgentiarum materiam explicavit: Spiritualia exercitia de Christi Domini pœnis.*

18. Septemb. CORNELIUS CRULLIUS, *Germanus*, Quedlinburgensis, J. U. Doctor & Profess. Wittenbergensis, Consistorii & Scabinatus Elector. Assessor, æt. 40. Dresdæ in itinere. Edidit *Vindicias Mauricianas sive discursum Historico-Polit. de justitia Belli Saxonici Mauriciani.* Præses habuit *Dispp. de Bannis sive Proclamationibus Ecclesiasticis, aliisq; materiis.*

JOH. WANDALINUS, Senior, *Cimber*, Ripensis, Phil. Magister, Ecclesiæ D. Albani Othenienfis Pastor, postea Theol. Doctor & Episcopus Wiburgensis, æt. 63. Publicavit *Conciones funebres in obitum Ulrici Sandbergii, Absolonis Brabe: Claudii Belov: Jani Jul; pluriumq; Nobilium Danorum.*

ANNO 1643.

13. Januar. JOACHIMUS CAMERARIUS, Filius, *Germanus*, Norimbergensis, Med. Doctor, Principis Anhaltini Archiater, inque patria Physicus, æt. 75. Scripsit *de Cometis: Epistolas*, & forsan quædam alia.

4. Febr. FRIDERICUS PRÆTORIUS, *Germanus*, Grabovia-Megapolitanus, J. U. Doctor & Professor Wittenbergensis, Consiliarius Saxonicus, Dicasterii Elector. & Scabinatus Assessor, nec non Aulæ Quedlinburgensis Cancellarius, æt. 48. Habuit *Præses Dispp. de Furtis: De Fidejussoribus: De Successionibus ab Intestato: De Usuris* &c.

31. Mart. JOH. HIMMELIUS, *Germanus* &c. Confer partem nostram I. & adde *Commentarios in omnes Prophetas minores.*

24. April. BARTHOLOMÆUS GUERRERUS, *Lusitanus*, Almodavariensis, S. J. Humaniorum Lector, Scholarum Rector, Missionarius, & Concionator, æt. 81. Soc. 63. Exaravit idiomate patriô *Expeditionem à Lusitanis*

nis institutam, ad recuperandam ab Hollandis Babyam Brasiliæ: Concionem de S. Thoma: Concionem funebrem in exequiis D. Theodosii, Ducis Brigantiæ: Gloriosam Coronam magnanimorum religiosorum Societatis Jesu, pro fide Christi occisorum, in Regionibus ad Lusitanum Imperium pertinentibus.

29. April. *ÆGIDIUS HUNNIUS*, Junior, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Theol. Doctor, primùm Pastor & Superintendens Sangershusanus, deinde Ducatus Altenburgici Superint. Generalis, æt. 48. Vulgavit *Comædiarum sive Dramatum sacrorum Libellum: Dispp. Theolog. & Philosophicas varias: Conciones funebres* &c.

20. Maji. *ANTONIUS RICCIULLUS*, *Italus*, Cosentiâ-Neapolitanus, Romæ Advocatus primarius, S. Inquisitionis Administrator. Luci dedit *Tractatum de Personis, quæ in statu reprobo versantur, videlicet de Blasphemis, Meretricibus, Concubinis, Lenonibus, Histrionibus & Circulatoribus, Personatis, Choreis atq; tripudiis, Zingaris, vagis, lusoribus, delatoribus & carnifice: Lucubrationum Ecclesiasticarum libros sex, videl. de cultu & veneratione sanctarum Reliquiarum, Episcopo titulari, Eremitis, Confraternitatibus Laicorum, Prædicatore, Feriis festisq; diebus: Tractatum de jure Personarum extra Ecclesiæ gremium existentium, in quo agitur de Judæis, Infidelibus, Catechumenis, Excommunicatis, Hæreticis, Apostasis à fide, Apostasis à statu Ordinis clericalis, Apostasis à statu Religionis, Schismaticis.* Accessit *Tractatus de Neophytis.*

16. Maji. *GREGORIUS DONATUS*, *Italus*, Romanus, ordinis Prædicatorum, sacri Palatii Apostolici Magister, Romanæ Provinciæ Vicarius, & Provinciæ Regni Neapolitani prior Provincialis, nec non Episcoporum Examinator, æt. 63. Dedit foràs *Sermones in laudem D. Thomæ: Opuscula super summam S. Thomæ.*

16. Maji. *OCTAVIANUS CASTELLUS*, *Italus*, Spoletinus, Medicus & Poëta, in Gymnasio Romano Med. Professor extraordinarius. In lucem emisit *Comædias* aliquot, quarum optima existimatur ea, quæ *Apollinis intemperies* vocitatur.

10. Jun. *LUDOVICUS LUCIUS*, *Helvetius*, Basiliensis, Phil. Magister, primùm Diaconus & Rector Badensis, deinde Concionator Ambergensis, tum Logicæ in patria Professor & Gymnasii Burgensis Visitator, æt. 66. Luci exposuit *Notas textuales & exegesin in Apocalypsin S. Johannis: Magdeburgensium Centuriarum historiam Ecclesiasticam de novo editam: Σωματολογήσιν Christianæ Theologiæ de Fide & moribus Christianis: Historiam Jesuiticam libris quatuor: Disceptationem inter Piscatorem & Lucium de causa meritoria nostræ coram Deo justificationis: Anti-Christum, adversus Bellarminum: Synopsin Anti-Socinianam: Dictionarium Novi Testamenti: S. Biblia ex textu originali in Linguam Germanicam translata* &c.

9. Septemb. *WICHMANNVS HASEBARDVS*, *Danus*, Hafnienſis, philoſ. Magiſter, Templi D. Johannis Othenienſis Paſtor primarius, deniqueEpiſcopus Wiburgenſis. Contexuit *Sertulum juſtorum Mercatorum*.

16. Octob. *ANDREAS VENEDIGER*, *Germanus*, Styriâ-Græcienſis, Advocatus Lintzii, demum Exul Noribergæ, æt. 58. Reliquit Germanicè *Tractatum de certamine cordis humani, ob ſummum Bonum: Informatorium ad pios, quando Deus preces eorum non exaudit.*

27. Decemb. *CHRISTIANVS CARPZOVIVS*, *Germanus*, Coldicenſis Miſnicus, J. U. Doctor & Profeſſor in Academia Viadrina. Reliquit *Diſp. de jure Conſuetudinario: De ſervitutibus realibus* &c.

FESTVS HOMMIVS, *Belga*, Friſius, Paſtor primùm Doccamienſis, deinde Fœderatorum ordinum Caſtrenſis, tum Leydenſis, demum Theol. Doctor & Præfectus Collegii ibidem Theologici, æt. 66. Elaboravit *Anti-Bellarminum LXX. diſputationibus comprehenſum: ſpecimen controverſiarum Belgicarum: Narrationem hiſtoricam ortus & progreſſus controverſiarum Belgicarum: Diſputationum Theologicarum adverſus Pontificios decadem I. de S. ſcriptura.*

ANNO 1643.

4. April. *SIMON EPISCOPIVS*, *Belga*, &c. Vide part. 1. & adde: Synodi Dordracenæ Aſſeſſor. Confecit quoque *Inſtitutiones Theologicas: Tractatum, an homini Chriſtiano liceat gerere Magiſtratum? Reſponſ. ad quæſtiones Theol. LXIV: Labyrinthum ſeu Circulum Pontificium: Examen theſium Jacobi Capelli: Tractatum de Libero Arbitrio: Reſponſionem ad dilemmata X. Pontificii alicujus Doctoris: Examen ſententiæ Joh. Cameronis de Gratia Dei & libero Hominis arbitrio: Reſp. ad defenſionem Joh. Cameronis, quam oppoſuit ſententiæ ſuæ Examini: Judicium de ordinario converſionis medio: Reſp. ad duas epiſtolas Jo. Beverovicii de termino vitæ: ſynodi Dordracenæ in Remonſtrantes iniquitatem: Antidotum ſeu genuinam declarationem ſententiæ Dordracenæ: Bodecherum ineptientem: Examen diſputationis A. Walæi de IV. controverſis Remonſtrantium articulis: Confeſſionem Fidei Remonſtrantium: Apologiam pro Confeſſione Remonſtr. contra cenſuram quatuor Profeſſorum Leydenſium: Reſp. ad ſpecimen calumniarum ex Remonſtr. Apologia excerptarum: Vedelium Rhapſodum, ſive Vindicias doctrinæ Remonſtrantium: Optimam fidem Feſti Hommii in citatione theſium Epiſcopii: Ad Brenii Examen reſponſionem: Verum Theologum Remonſtrantem falſo ac ſpurio oppoſitum: Orationes varias.*

Belgicè *Conciones XXIV. in Matthæum: Conc. XXXII. super diversa S. Scripturæ loca* &c.

18. Maji. *HENRICVS SPONDANVS, Gallus*, &c. Vid. part. 1. circa finem hujus anni.

30. Jun. *ANDREAS LVDOVICVS SCHOPPERVS, Germanus*, Onolsbacensis, Phil. & J. U. Doctor, Consiliarius primùm Brunsvicensis, deinde Cancellarius Sultzbacensis, æt. 55. Ratisbonæ. Habuit præses *Dispp. de Condictione Indebiti, aliisq; materiis tam Philosophicis, quàm juridicis.*

8. Septemb. *JO. CIAMPOLVS, Italus*, Florentinus, poëta, æt. 54. Scripsit *de Poësi Sacra libellum: Poëmata Italica.*

22. Septe. *LVDOVICVS MICHAELIVS, Cimber*, Phil. Magister, Pastor primùm Ecclesiæ Soranæ, deinde Otheníanæ ad D. Virginem, æt. 49. Evulgavit *Conciones funebres ex Psalmo LXXXIV. 2. 3. 4: Ex Psalmo XCI, 12.*

11. Octobr. *JOH. VERGERIVS, Gallus*, Haurannius, Abbas S. Gyranus, æt. 62. Sub nomine Petri Aurelii edidit *Opus de jure Episcoporum.*

JO. TOPPIUS, Italus, Neapolitanus, Nobilis, Theol. & Legum Doctor, Theatinæ metropolis Canonicus, pænitentiarius major, protonotarius Apostolicus & Concionator, æt. 67. Luci credidisset *Annotationes in Concilum Tridentinum: XXIV. Concionum volumen: Quæstiones Conscientiæ*, nî steditiosus patriæ regni ignis erudito labori exitium creâsset.

PHILIPPVS PAREVS, Germanus, Hemsbachiô-Wormatiensis, Phil. Magister, variorum Gymnasiorum in Palatinatu Rector, æt. 67. Formavit *Catechesin Religionis Christianæ analysi Logicâ explicatam: Comment. in epistolam Pauli ad Philemonem: Libros tres de Deo & vera ejus Agnitione: Theol. symbolicam de Sacramentis: Lexicon Criticum: Anti-Magirum & Anti-Owenum: Analysin Epist. ad Romanos, ad Ephes. & Apostoli Judæ: Lexicon Paulinum & Symmachianum: Notas in Terentium, Paullum, Sallustium, Symmachum, Ovidium, Statium & Lucretium: Orat. de antiqua pronunciatione Linguæ Græcæ: Artis Logicæ libros duos: Orationem panegyricam pro Musis Hanovicis instaurandis: Descriptionem vitæ & obitus Davidis Parei* &c.

ANNO 1644.

Januar. *AVGVSTINVS FVHRMANNVS, Germanus*, pastor Ticheplovvicensis in Silesia, & principalis arcis Templi Brigensis Diaconus. Ejus est *Redivivus Christianismus antiquæ, veræ, Christianæ, Catholico-Evangelicæ Religionis: Imago amoris JEsu in discipulo, qui ad pectus ejus in sacra Cæna jacebat, repræsentata: Pax animæ cum DEO.*

1. Febr. *HENRICVS FITZSIMON, Hibernus*, Dublinensis, S. J. philos. prof.

æt.

æt. 77. soc. 52. Scripsit Anglicè *Libros II. adversus Joh. Riderum, Pseudo-Ministrum in Hibernia: Consolatoria ad afflictos Catholicos: Tractatum de Missa*: Latinè *Britannomachiam Ministrorum in plerisq; & fidei fundamentis & fidei articulis diffidentium: Catalogum sanctorum Hiberniæ.*

20. Mart. JACOBUS MERLO HORSTIUS, *Belga*, Gelder, Theol. Licentiatus, Ecclesiæ D. Virginis in pascuo apud Ubios XX. annos pastor, æt. 47. Ejus sunt *Paradisus Animæ Christianæ: septem Tubæ orbis Christiani ad reformationem Ecclesiasticæ disciplinæ: Aphorismi Eucharistici: Monita sapientiæ Christianæ: Christianus Theodidactus, seu Doctrina piè vivendi & bene moriendi: Annotationes in S. Bernhardi opera.*

4. Jun. THEODORUS VIETOR, *Germanus*, &c. Vide partem Diarii nostri primam, & adde: Pædagogii præfectus, æt. 77. Edidit quoque *in Platonis Dialogum, qui de Sanctitate inscribitur, notas: In Plutarchi librum de educatione liberorum diversas paraphrases & analyses: Examen Rhetoricum: Homeri odysseam carmine heroicô latinô expressam.*

5. Augusti. PETRUS GALT, *Danus*, Nobilis, Regis Christiani IV. Vice-Admiralius, ob res in bello Danico-Suecico minus providè gestas, Hafniæ decollatus. Concinnavit *Orationem de Nobilitate gentis & mentis: Tractatum de jure Danorum, continentem ejus initia, progressus & incrementa.*

4. Septembr. JO. UYTENBOGARDUS, *Belga*, &c. æt. 87. Vide quæ ad an. 1609. de eo in parte Diarii prima adducta sunt, & huc refer.

7. Septembr. GUIDO BENTIVOLUS, *Italus*, Ferrariensis, primùm Clementis VIII. P. R. Cubicularius, tum Pauli V. Referendarius, postea in Belgium & Galliam Nuncius Apostolicus, demum S. R. E. Cardinalis, æt. 65. Adornavit *Historiam Belgicam: Relationes de Provinciis Unitis Belgicis: Relationes de Induciis Belgicis.*

19. Novembr. ANTONIUS GLIELMUS, *Italus*, Neapolitanus, Sacerdos Congregationis Oratorii in patria, juris civilis & Canonici Lector, Philosophus, Theologus & Orator. Luci quæ exposuit, sunt *Magnitudo sanctissimæ Trinitatis: Poëma de diluvio mundi: Calvarium laureatum: Incendium Montis Vesuvii Theologicè consideratum*, aliaque opuscula plura.

SAMUEL FUCHS, *Germanus*, philos. Magister, Stetini in Pomerania ad D. Nicolai Ecclesiastes. Ab eo superest *libellus* Germanicus, qui vocatur *Simson occæcatus.*

8. Decemb. CHRISTOPH RICHTERUS, *Germanus*, &c. Vid. Biographiæ nostræ partem I. & adde: Extremo vitæ suæ tempore, ita memoriæ debilitate laboravit, ut conciones suas in cathedra legere, planeque tandem intermittere coactus fuerit.

ANNO 1645.

9. Febr. MUTIUS VITELLESCUS, *Italus*, Romanus, S. J. in patria Phil. & Theol. Professor, deinde Collegiorum Anglici Neapolitani ac Romani Rector, demum totius ordinis Præpositus Generalis, æt. 82. Societ. 62. Consignavit *Epistolas aliquot paræneticas ad socios: Orationem de Passione Domini die Parasceves habitam.*

3. Maji. FABIANUS HEIDENIUS, *Germanus*, Bischofs-Werdensis, Phil. Magister, mox scholæ Radebergensis Rector, inde Pastor Luptiziensis, post Schnebergensis, & Ephoriæ Zwiccaviensis Adjunctus, æt. 70. minist. 42. Struxit *Hominis peccatoris antidotum quatuor homiliis.*

29. Maji. BASILIUS DE BOLOGNANO, *Italus*, Neapolitanus, ordinis S. Francisci. Scripsit *Metaphysicam, seu de ente universali, secundum Raymundum Lullum: Commentaria in artem Raym. Lulli.*

1. Decemb. JOH. SCULTETUS, *Germanus*, &c. Vid. partem nostram primam, cira anni hujus finem.

PETRUS ELIÆ GAVELIUS, *Suecus*, J. U. Doctor, primùm Juris Professor Upsaliensis, deinde Dicasterii Junecopensis Assessor, demum Consul Holmensis. Elaboravit *Titulum juris de Obligationibus ex Consensu: De momentis summis Prudentiæ civilis: Prolegomena in libros Hugonis Grotii de jure Belli ac Pacis: Dissert. de jure Legationum* &c.

FRIDERICUS LYSERUS, *Germanus*, Brunsvigâ-Saxo, Theol. Doctor & Superint. Ilenburgensis. Vulgavit *Disp. Inauguralem de dicto Apostolico Rom. IV. 22. 23. 24. Conc. funebres ex Apocal. VII. 13.* &c.

LUCAS ORGAS, sive ORGASIUS, *Italus*, Romanus, ordinis Minorum S. Francisci Regularis observantiæ, Provinciæ Romanæ Definitor, Guardianus Aracælitanus. Scripsit linguâ vernaculâ, *Exercitia sive præparatoria ad piè Christianeq; moriendum: Basim sive fundamentum ad superædificandum excelsum perfectionis ædificium: Stellarium immaculæ conceptionis Virginis Mariæ.*

AMBROSIUS BRANDUS, *Italus*, Romanus, ordinis Dominicani, Theol. Magister & Sacerdos, ferè nonagenarius. Formavit Italicè *Triumphum Virginis Sanctissimi Rosarii.*

NICOLAUS MICHAELIS AALBURGIUS, *Cimber*, Phil. Magister, primus Templi Holmensis, quod Hafniæ est, Pastor, æt. 83. Ejus reperitur *Medicina Danica: Nova Oeconomia: Chronologia sacra: Gog & Magog: Commentarius in Apocalypsin Johannis: Summaria Biblica.*

ANNO 1646.

1. April. JOHANNES KREPSIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, primùm Jenæ, deinde Nobilitatis Franconicæ Advocatus, pòst Regis Sueciæ & Ducis Vinariensis Consiliarius, Dicasterii Coburgensis Assessor, & tandem Consil. intimus & Vice-Cancellarius Brandenburgicus, æt. 64. Elaboravit *Dissertationem de jure Matrimoniali.*

9. April. MARTHA MARCHINA, *Itala*, Neapolitana, Virgo Latinis, Hebraicis Græcisque literis docta, æt 46. ublicavit *Epigrammata Latina.*

3. Maji. PAULUS SCHVVABE, *Germanus*, Plaviâ-Variscus, Philos. Magister, primò Pastor Pegialensis in diæcesi Hallensi, pòst Pastor & Inspector Damensis, tandem Coadjutor Brunsvicensis, æt. 38. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

27. Jul. CORNELIUS MARCI, *Germanus*, &c. Vid. part. nostram primam, & adde inter ejus scripta *Piam Cogitationem, de die Viridium & Parasceves: Venationem Pacis, ex Psalmo XXXIV: Concionem novi anni in auguralem de pulcris Vestibus* &c.

18. Augusti. OLAUS WINDIUS, *Danus* Sellandus, Hyllingensis, Phil. Magister, Templi D. Virginis Hafniensis Pastor ac Præpositus, tandem Regis Christiani IV. Concionator Aulicus, æt. 56. Edidit *Sanctorum vitam & mortem ex Psalmo LXXIII. in obitum Oligeri Rosencrantz.*

17. Septemb. ERICUS PUTEANUS, *Belga*, &c. Videatur Diarii nostri pars prima.

18. Octobr. CAMILLUS VALIUS, *Italus*, Giurgâ-Lucanus, Poëta Trojæ, deinde Corati, pòst Bitunti, tum Altamuræ, ac demum Aquavivæ Artium Lector, æt. 62. Typis mandavit *Libros tres de re Grammatica, quibus Emanuelis Alvari scripta faciliora redduntur: Grammaticam Syntaxim: In Virgilii Maronis opera Ethica, Politica, militaria, Aulica, Oeconomica & Poëtica commentaria: Ad Hierusalem liberatam heroicum Torquati Tassi poëma commentarios.*

23. Octobr. DANIEL TANNERUS, *Germanus*, Ratisbonensis, primùm Pastor Lindachiensis, inde Schvvanenstadiensis, tum Ganundensis, post exilium ex Austria in patria Xenodochii Pastor, æt. 66. minist. 42. Effecit *libellum precatorium*, cui titulus: *Senum labores optimi: Passionale Exulantium.*

MICHAEL GHISLERIUS, *Italus*, Romanus, Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum. Edidit *Commentarios in Canticum Canticorum: In Jeremiam Prophetam & Baruch tomis tribus:*

tribus: Catenam veterum Græcorum Patrum: Commentarios pareneticos in præludia doctrinæ sacræ duplicis, Christianæ & Regularis.

JO. BRICCIUS, *Italus*, Romanus, Pictor, Architectus, Mathematicus & Musicus, æt. 65. Vulgavit *Comœdias varias: Repræsentationem tagicam de S. Christina martyre*, sub nomine Lucæ de Carolis: *Speculum miseriæ humanæ*, sub nomine Scipionis Burghesii: *Canones ænigmaticos musicales duarum, trium & quatuor vocum: Planctum Urbis Neapolitanæ ob incendium Vesuvii: Planctum Urbis Romæ super mortem Cardin. Montalci: Planctum IV. urbium super obitum Cardin. Gozadini: Militem sanctæ Ecclesiæ: Hospitale debitorum sive Bancæ ruptorum: Historiam creationis mundi*, & alia opuscula quàm plurima, sermone patriô.

ANNO 1647.

19. Januar. JO. BEVEROVICIUS, sive VAN BEVERVVYK, *Belga*, Dordracenus patricius, Medicinæ Doctor, in patria Senator & Archiater, æt. 52. Formavit *Ideam Medicinæ veterum: Introductionem ad Medicinam indigenam: De Calculo Renum & Vesicæ: Epistolicas Quæstiones de termino vitæ: Medicinæ encomium: Exercitationem in aphorismun LXXIX. sect. 4. Hippocratis*: Belgicè *Thesaurum Sanitatis*.

19. Mart. ANGELUS VULPES, *Italus*, è monte piloso, ordinis Minorum Conventualis, Theol. Magister, collegii S. Laurentii apud Neapolitanos Rector. Jn Epitaphio dicitur verè humanis noscendis Vulpes, veriùs divinis rimandis Angelus. Typis is dedit *Commentaria in S. Theologiæ summa Joh. Duns, Scoti, tomis X*, Italicè *Narrationem de vita, martyrio & miraculis S. Gregorii Martyris, Apostoli, Archiepiscopi & Primatis magni Armeniæ.*

14. April. DAVID AVERBACHIUS, *Germanus*, &c. Vid. Diarii Biographici partem. I. circa finem hujus anni, ejusdemqve appendicem.

21. Jun. LAURENTIUS COLASIUS, *Germanus*, J. U. Doctor & in Academia Viadrina Professor, Electoris Brandenburgici Consiliarius, & Magisterii Sonnæburgensis Cancellarius, Reliquit *Dispp. juridicas.*

6. Jul. JVO GATTULA, *Italus*, Romanus J. U. Doctor, inq; patria per XL. annos & amplius jurisprudentiæ Professor primarius. Dedit foràs opus italicô carmine, quod vocatur *Albido, fabula pastoralis.* Locupletavit quoque *Decisiones S. Rotæ Romanæ summariis & indice.*

18. Jul. GUILHELMUS CLEISSE, *Livonus*, Rigensis, Philos. Magister, primùm in patria Diaconus, postremò Templi Cathedralis Pastor. Edidit *Conciones Pœnitentiales tres ex Genes. XVIII, 20-23: Conc. VII. in auspicium novi anni habitas, ex Tit. II, 1-5: Conciones IV. de Piorum Tentationibus, ex Jacobi I. 12.*

4. Septemb. FRIDERICUS ZAMELIUS, Prussus &c. Vid. part. primam, & adde: ætatis suæ 57.

26. Septemb. SALOMO LENTZIUS, *Germanus*, Kadâ. Magdeburgensis, Philos. Magister, primùm Diaconus Magdeburgi, deinde Ecclesiastes Ratisbonensis, æt. 63. eodem die mortuus, quô ante annos XIIX. Ratisbonæ primam Concionē habuit. Typis vulgavit *Tractatum de vocatione Ministrorum Ecclesiæ Lutheranæ: Speculum Christianæ Professionis: Conciones funebres: Consilium de Fœnore & usura vitanda.*

JULIANUS FRANCARDELLUS, *Italus*, Romanus, Clericus regularis ministrans infirmis, divinique verbi Concionator. Evulgavit *Panegyricos sermones quàm plurimos in laudem Sanctorum & nonnullorum Cardinalium sui ordinis Protectorum: Italicè de recuperanda Ægypto libros quatuor*, sub nomine Luigiani Ardelfranchi: *Vitam S. Rosæ de Viterbo.*

DANIEL HEIDERUS, *Germanus*, J. U. Doctor, Imperatori Ferdinando II. nec non Reip. Lindaviensis per XLV. annos Consiliarius. Consignavit *Relationem historicam de sacri Imperii Romani Prætura: Ejusdem Apologeticum: Tractatum de Imperialium Vrbium Advocatoriis.*

CANUTUS JOHANNIS, *Danus*, Fionicus, Otheniensis, Phil. Magister, Scholæ Hafniensis Conrector, postea Slaglosianæ Rector, demum arcis Andverscovianæ Concionator, æt. 39. Typis subjecit *Analysin Lexicam & Logicam VII. Psalmorum Pœnitentialium, & Psal. LXV.*

HYACINTHUS PETRONIUS, *Italus*, Romanus, Ordinis Prædicatorum, in conventu S. Mariæ super Minervam Romæ Philos. Professor, studiorum Regens, S. Palatii Magister, Episcopus Melphitanus, & sacræ Inquisitionis Magister in regno Neapolitano. Edidit in lucem *commentaria in Logicam & Physicam Aristotelis: Librum summularum: De necessitate præconversionis aquæ in vinum, in confectione sanguinus Christi.*

JO. CONRADUS MONÆUS, *Germanus*, Simmerensis Palatinus, J. U. Doctor, ejusdemq; primùm Professor Rinthelensis, & ad Sveciæ Reginam Legatus, deinde Prof. Groningensis. Emisit *Tractatum de Legum Interpretatione: Tract. de jure Publico: Explicationem Rubricarum ad Digesta.*

ANNO 1648.

6. Januar. JOH. REHEFELDIUS, *Germanus*, Magdeburgensis Saxo, Med. Doctor, Archiater, Chymiæ Professor & Consul Erfurtensis, æt. 58. Adornavit *Promptuarium antiqui & genuini Christianismi: Dubia de primis Erffordiensis Academiæ natalitiis, indubia verò de iisdem documenta, cum nonnullis Rectorum, tum Doctorum ibidem creatorum Indiculis: Promptuarium & directorium Hermetico-Practicum.*

14. Jan. CASP. BARLÆUS, *Belga* &c. æt. 64. Vid. partem primam, circa finem anni 1647.

22. Jan. JOACHIMUS TIMERMANNUS, *Germanus*, Holsatus, Rensburgensis, Med. Doctor, Poliater Othenienfis. Scripsit *de Pulmonum ulcere: De morbis occultis.*

28. April. JO. JACOBUS DRACO, *Germanus* &c. Vid. partem Biographiæ primam. Scripsit quoq; *de origine & jure Armorum: De patria Potestate: De Tutoribus & Curatoribus: De Hæreditate: De Sequestratione: De Fæminis ad officia publica recipiendis: De sumptibus studiorum: De Fructibus.*

2. Maji JOH. QUISTORPIUS, *Germanus* &c. Vid. part. Diarii I. Ab eo etiam habentur *Quatuor Novissima, LV. concionibus explicata: Conciones de Bello: De Pestilentia*, & quædam alia.

24. Jun. HENRICUS WIDEBURGIUS, *Germanus* &c. Conf. partem primam. Reliquit similiter *Concionem gratulatoriam, cum Dux Augustus in sedem suam Wolfenbytanam rediret.*

26. Jun. JOHANNES STIERIUS, *Germanus*, Schvvartzburgensis, Philos. Magister, Pastor in patria, æt. 59. Vulgavit typis *Præcepta doctrinæ Sphæricæ: Logicæ: Physicæ: Metaphysicæ: Ethicæ tabulis inclusa.*

28. Jun. LUCAS FRIDERICUS BÖHEIM, *Germanus*, Patricius Norimbergensis, Reip. patriæ Senator, Scholarcha, Septemvir & Ecclesiarum Præfectus, æt. 61. Extat ejus *Descriptio itineris Hierosolymitani anno 1611. confecti.*

3. Novemb. JOH. HENRICUS BLENDINGER, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister, primùm Altorphii Alumnorum Noricorum Inspector, postea Pastor Ecclesiæ ad S. Georgium in Hungaria, æt. 36. Reliquit *Dispp. aliquot Philosophicas.*

14. Novemb. PAULUS JENISCH, *Germanus*, Augustanus, Philos. Magister, Pastor primùm Hanoviensis, deinde Rudelhemiensis, demum in patria Archi-Diaconus, æt. 46. Struxit *Thesaurum Animæ de quatuor mundi Novissimis: Conciones aliquot funebres.* Vid. de alio ejusdem no-

minis, in parte Diarii prima, ad an. 1612. die 9. Novembris.

7. Decemb. *MICHAEL SIRICIUS*, *Germanus* &c. Videatur Biographiæ nostræ pars prima. Ejus quoq; est *Concio de abominatione desolationis ex Matth. XXV. 24.*

BENEDICTUS WINCKELER, *Germanus*, J. U. Doctor, Reip. Lubecensis Syndicus. Collegit *Principiorum juris libros quinque.*

JO. BAPTISTA CASALIUS, *Italus*, Romanus, Sacerdos, æt. 70. in lucem emisit *de Urbis ac Romani olim Imperii splendore Opus*: *De profanis Ægyptiorum, Romanorum & sacris Christianorum ritibus libros tres.*

PHILIPPUS HENRICUS HOENONIUS, *Germanus*, J. U. Doctor & Professor Herbornensis. Vulgavit *Disputationum Politicarum libros duos*: *Quæstiones seu controversias juris illustres*: *Dispp. XII. de diversis Regulis juris antiqui*

PLACIDUS PADIGLIA, *Italus*, Neapolitanus, Abbas, ordinis Benedicti, demum Episcopus. Delineavit *Mariæ Virginis, matris Dei, imaginem pulcerrimi cultus*: *Conc. de glorioso Patriarcha S. Ignatio*: *Davidem pœnitentem, sive Lectiones in Psalm. L*: *Davidem sperantem, sive discursus super Ps. CXXIX.*

JO. BAPTISTA CONFALLONERIUS, *Italus*, Phil. & Theol. Doctor, Archivi Apostolici Molis Hadrianæ Præfectus, Legationum Secretarius Pontificius, æt. 87. Confecit Italicè *Itinerarium Lusitaniæ & Hispaniæ*: *Parergon sive opusculum de præstantia Basilicæ S. Petri in Vaticano*: *Indices in Card. Bellarmini tomos controversiarum.*

ANNO 1649.

8. Januar. *NICOLAUS VERNULÆUS*, *Belga*, Theol. Licentiatus &c. Vide partem hujus Biographiæ primam, circa finem anni.

12. Mart. *LUDOVICUS MUNCHENIUS*, *Danus*, Sællandus, Tycoviensis, Episcopus Bergensis in Norvvegia, æt. 56. Ab eo habetur *Relatio monstrorum in Diœcesi Bergensi natorum*: *Capita doctrinæ Christianæ in quæstiones redacta.*

16. Mart. *JO. DE BREBEUF*, *Gallus*, Normannus, S. J. Missionarius in Cannadam Septentrionalem, Americæ regionem, ubi à barbaris, ob religionem combustus est, æt. 55. Soc. 32. Scripsit Gallicè *Relationem gestorum à Patribus Soc. Jesu apud Hurones in nova Francia annis 1634. & 1635.*

17. Mart. *GERHARDUS JOH. VOSSIUS*, *Germanus*, Heidelbergensis &c. Vide partem Diarii primam circa finem anni 1650. & huc refer.

20. Mart. *JOHANNES CAMMANNUS*, *Germanus*, Brunsvicensis Saxo, J. U. Doctor, primùm in patria Se-

Secretarius, deinde per XXXVII. annos Consiliarius & Syndicus primarius, sæpe Deputatus, æt. 65. Linguarum Orientalium peritissimus. Vulgavit *Collegium Politico-juridicum, sive Dispp. de juribus Majestatis.*

29. Mart. ANDREAS ROMDORPHIUS, *Cimber*, Phil. Magister, Scholæ Ripensis Rector, post Templi Cathedralis ibidem Archidiaconus & Canonicus. Posteris reliquit *Decacordum Jubilæum.*

1. Maji. JUSTUS DANIEL HERING, *Germanus*, Camertiâ-Lusatus, Philos. Magister, Pastor primùm in pago Vorra, deinde ad S. Sebaldi Diaconus Norimbergensis, æt. 39. Typis expressit *Castellum fortissimum Jesum, sive Conciones XXI. ex Psalmo XLVI.*

4. Jul. VALENTINUS KÖLER, *Danus*, Scanus, Malmogiensis, Phil. Magist. Pastor Calundanus in Sælandia, & Præpositus Artzensis, æt. 62. Adornavit *Speculum Magistratus, in memoriam Caji Rantzovii.*

21. August. JOHANNES DOMINICUS COSCIA, *Italus*, Badulatensis, Calaber, Comes Palatinus, J.U. Doctor & Lector per XL. an. Neapolitanus, æt. 67. Luci exposuit *Dissertationes de præcedentia Lectorum: De Renunciatione Religiosorum ante Religionis ingressum: De extinctione Fidei commissi, & Antipologiam, sub alterius nomine elaboratam.*

3. Octob. JOH. DEODATUS, *Italus*, Lucensis, annô ætatis suæ XIX. Hebrææ Linguæ, post etiam Theol. Professor Genevensis, Pastor item Ecclesiæ Gallicæ ac Italicæ, ad Synodum Dordracenam Legatus, æt. 74. Edidit *S. Biblia in linguam Italicam conversa cum notis: Biblia Gallica cum notis: Psalmos aliquot Davidis in rythmos conversos, cum melodiis propriis.*

16. Decemb. ERHARTUS LAUTERBACHIUS, *Germanus &c.* Vide partem Diarii primam. & adde inter scripta ejus *Actum investituræ D. Simonis Gedicci, Superint. Merseburgensis, ex Jerem. XV, 10-21: Conc. funebres varias, ex Rom. IIX, 18: ex Job. III, 16. &c.*

CLAUDIUS FABER, *Gallus* &c. Vid. part. I. & adde: primùm Ducis de Orleans Cubicularius, dein Principis Thomæ Filio ab informatione, æt. 65. Dominus de Balzac de eo dixit: Ut Alexandri Curtius est invincibilis; sic Fabri sive Vaujelas inimitabilis. Scripsit etiam *Annotationes super Linguam Gallicam.*

CASP. SCIOPPIUS, *Germanus* &c. Vid. partem Diarii nostri primam, & adde; æt. 73. Romæ anno 1601. Religionem mutavit, & ad Pontificios transiit. Ejus quoq; est *Astrologia Ecclesiastica, de ordine Monasticorum: Astrum extinctum, pro veterum ordinum honore, adversus Petrum Laimannum Jesuitam: Consultatio de causis & modis componendis in S. R. Imperio Religionis dissidiis* &c. Quidam ex libris ejus,

ejus, jussu Regio, Londini & Lutetiis, carnificis manu cremati sunt.

ANNO 1650.

7. Januar. LUDOVICUS I. PRINCEPS ANHALTINUS, &c. Vide partem Diarii primam. Ex Italica quoq; vertit *Petrarchæ librum de Tropæis*: Ex Gallica *Sanctorum Cosmographiam*.

7. Januar. BARTOLUS CANUTI AQUILONIUS, *Danus*, Sellandus. Rector primùm Scholæ Malmogianæ & Pastor arcis ibidem, hinc Ecclesiarum Sôderupensis & Hôrupensis in Scania Pastor vicinarumq; Præpositus, æt. 62. Vulgavit *Otia Adolescentiæ: Lusuum Juvenilium libros septem: Q. Horatii Manes: Adolescentiæ ejus Interludia: Epicon in memoriam Reginæ Annæ Catharinæ: Similitudinum Atticarum libros VII: Liberti Aquilonii interludia & diatribas: Ad Poëticam Danicam deductionem: Declamationem Polemicam de auspiciis secundis & successu desiderato Danicæ in Sueciam expeditionis sub Imperatore Augustissimo Christiano IV. anno 1611: Epistolarum Centurias aliquot ad imitationem Lipsii.*

10. Febr. RENATUS CARTESIUS, *Gallus* &c. Vid. partem Diarii nostri primam, & adde inscriptionem, quæ in templi Parisiensi S. Genevieve du Mont hodie legitur: RENATUS CARTESIUS Vir supra titulos omnium retrò Philosophorum nobilis genere, Aremoricus gente, Turonicus origine. In Gallia Flexiæ studuit; in Pannonia miles meruit; in Batavia philosophus delituit; in Suecia vocatus occubuit. Tanti Viri pretiosas reliquias Galliarum percelebris tunc legatus, PETRUS CHANUT, CHRISTINÆ Sapientissimæ Reginæ, sapientum amatrici, invidere non potuit, nec vindicare patriæ; sed, quibus licuit, cumulatus honoribus, peregrinæ terræ mandavit invitus, anno Dom. 1650. m. Febr. 10. ætatis 54. Tandem post XVII. annos, in gratiam Christianissimi Regis, LUDOVICI XIV. virorum insignium cultoris & remuneratoris, procurante Petro d' Alibert, sepulchri pio & amico violatore, Patriæ redditæ sunt, & in isto urbis & artium culmine positæ; ut, qui vivus apud exteros otium & famam quæsierunt, mortuus apud suos cum laude quiesceret, suis & exteris in exemplum & documentum futurus. I nunc, viator, & divinitatis immortalitatisque animæ maximum & clarum assertorem aut jam crede felicem, aut precibus redde.

3. April. CHRISTIANUS GUEINTZIUS, *Germanus* &c. Vide Diarii hujus partem

partem primam & adde: in Societate Fructifera dictus den Ordnende. Edidit insuper *Orthographiam Germanicam: Dispp. de Capite: de charactere* &c.

13. April. LUDOVICUS EPISCOPUS, *Germanus* Vlmensis, Philos. Magister, Diaconus Langenaviensis, tum Templi Cathedralis Concionator primarius in patria, Consistorii Assessor, tandemq; Ministerii Senior, æt. 78. minist. 54. Formavit *Medicinam Animæ Spiritualem: Conciones funebres.*

19. Jun. MATHIAS MERIAN, *Helvetius* &c. Vid. Diarii nostri partem 1. Adornavit quoq; *Itinerarium Italiæ: Archontologiam, urbes & regiones mundi repræsentantem.*

26. Jun. ERICUS MONRADUS, *Germanus*, Alsatus, Kettingensis, Ecclesiæ primùm Mittelfardensis in Fionia, postea S. Spiritus Hafniæ Pastor, tandem Theol. Doctor & Episcopus Ripensis. æt. 64. Typis commisit *Conciones Pænitentiales ex Sapient. III. 1. 2. 3: ex Psalmo LXXIII, 23. 24: ex Psalmo XCI, 1. 2. &c.*

8. Septemb. LAURENTIUS BIFFIUS, *Italus*, Bergamensis, clericus in patria Regularis Theatinus, Concionator Neapoli, Placentiæ & Pergami, hicq; etiam ad S. Agatham Præpositus, æt. 65. Scrpsit Italicè *orationes varias: Discursum Acad. in laudem Belli: Principem Christianum &c.*

15. Septemb. SEBASTIANUS SCHRÖTERUS, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. Mag. primùm Scholæ patriæ ad D. Johannis Collega, deinde in Gymnasio ibidem Senatorio Græcæ ling. Prof. tum Diaconus & demum ad Michäelis Pastor, Ling. Hebrææ ac Ethicæ in Acad. Erfurtensi Professor. Congessit *Historiam totius terrarum orbis tomis II: Mercurium Cosmicum, sive epitomen Geographicam: Epitomen Bibliorum, continentem præcipua veteris Testamenti in N. T. citata: Syllogen Canticorum N. Test. Syriacè & Latinè &c.*

26. Novembr. CHRISTIANUS LENTZ, *Germanus*, J. U. Doctor, Elect. Saxoniæ Consiliarius Appellationis. Scripsit *Tractatum de Nominibus & Actionibus cessis: De quæstione; an Actio injuriarum æstimatoria cum actione recantatoria, eodem libellô copulativè proponi & cumulari queat: De jure Patronatus.*

JOH. ARNOLDUS CORVINUS, *Belga*, primùm Lugduni Batavorum Pastor, deinde ad ICtos transiit. Ab ejus ingenio habetur *Defensio sententiæ D. Jacobi Arminii de Prædestinatione, Libero Arbitrio & Gratia Dei, adversus Dan. Tilenium: Censura Anatomes Arminianismi Petri Molinæi: Responsio ad Joh. Bogermanni Annotationes in pietatem ordinum Hollandiæ Westphisiæq; à Grotio vindicatam: Enarratio Codicis Justinianei, seu summarium jurisprudentiæ Romanæ: Venatorius illustratus, seu enarratio D. Venatorii Cod. Justinianei: Orat.*

in obitum Casp. Barlæi: Posthumus Pacianus, s. definitiones juris Civilis & Canonici: Pandectæ, sive Digesta per Aphorismos: Jus Canonicum per aphorismos explicatum: Jus Feudale per aphorismos explicatum: Elementa juris civilis: Herm. Vulteji jurisprudentia Romana contracta: Imperator Justinianus Magnus catholicus: Ad Tit. Digest. de verborum significatione: &c. Amsterodami 24. Decemb. Anno 1649. confessionem suam edidit, quod in fide Catholico-Romana mori vellet, cum antea sectæ Remonstrantium fuerit addictus.

DOMINICUS FIUMARA, *Italus*, Calabriensis, clericus Regularis ordinis Minorum, æt. 70. Publico dedit *Ceremoniale linguæ Latinæ: Ceremoniale clericorum Regularium Minorum: Directorium mentalis orationis, ad usum quorumcunque piorum spirituali vitæ vacantium: Epitomen super Evangelia & Epistolas Domin. totius anni.*

ANNO 1651.

24 Mart. HENNINGUS GROSSE, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor & Professor in Academia Francofurtana ad Oderam. Delineavit *Magiam de Spectris, Divinatione & Apparitionibus Spirituum.* Sub ejus quoque præsidio habitæ sunt *Dispp. de jurisdictione: De Judiciis in genere: De Donationibus: De effectis sive pœnis injuriarum: De translatione imperii Romani à Græcis ad Romanos, moderno imperii statu, & ejus jurisdictione: De Sequestrationis jure: De usucapionibus & præscriptionibus: De injuriis: De crimine læsæ Majestatis divinæ & humanæ: De Tutela & cura: De Servitutibus personalibus: De necessaria defensione: De Citatione judiciali: De alendis liberis: De jure singulari: De jure, quod ex Feudo acquiritur tam Vasallo, quàm Domino: De Successione Testamentaria in Feudis, rebus expeditoriis & Gerada: De Antichresi: De privatis delictis: De sacro Domaniorum jure &c.*

27. Maji PETRUS TUCKERMANNUS, *Germanus*, Lennepâ-Bergensis, primùm Diaconus Helmstadiensis, deinde Aulæ Guelpherbytanæ Ecclesiastes, tum Theol. Doctor. &c. Vide partem primam, & adde: æt. 71. minist. 46. Reliquit etiam *Concionem Jubilæam: Irenicam: Inauguralem: Funebres ex II. Corinth. IV, 17. 18: ex Genes. L, 24. 25. &c.*

30. Maji CLAUDIUS SARRAVIUS, *Gallus*, Senator Parlamenti Parisiensis. Emisit *Epistolas.*

30. Jul. HENRICUS LUDOVICUS CHASTEIGNER *Gallus*, Episcopus Pictaviensis. Scripsit *contra eos, qui dicunt; quod sit prohibitum Ecclesiasticis viris arma arripere, tempore necessitatis*, idiomate populari.

4 Octob. LUDOVICUS CAMERARIUS, *Germanus*,

Germanus, Norimbergensis, J. U. Doctor, primùm Electoris Palatini, deinde Regis Sueciæ Consiliarius, aliquando & Exul, æt. 79. Consignavit *Epistolas selectas.*

28. Novemb. CHRISTIANUS TAUBMANNUS, *Germanus*, &c. Vid. partem primam. Edidit quoque *Dispp. de Præsentia: De origine juris & omnium Magistratuum & successione prudentium descripta.*

ANNO 1652.

27. Feb. GREGORIUS LAGUS, *Germanus*, Cöslinensis Pomeranus, Philos. Magister, primùm Pastor Schönbergæ in Morauia primarius, dein Exul, tum Lycei Colbergensis Rector, porro Pastor & Præpositus Neostetinensis, denique Past. & Præpos. Colbergensis, æt. 66. Delineavit *Processum Diaboli Judicialis adversus genus humanum*, & fortè alia.

5. April. EDMUNDUS ALBERTINUS, *Belga.* Scripsit *de Eucharistiæ Sacramento libros tres.*

26. April. JO. PETRUS CAMUS, *Gallus*, Episcopus & Dominus de Belley, Princeps S. Imperii, Abbas d'Aunay in Normandia, Regis Galliæ Consiliarius, demum Episcopatu decessit, factus Minister pauperum in Xenodochio Parisiensi. Ejus extant scripta idiomate populari *de officio boni Pastoris: De primatu S. Petri: Reflexiones super S. Augustinum de operibus Monachorum, & nonnulla alia.*

29. April. BALTHASAR BALDUINUS, *Germanus*, Dresdensis &c. Vid. partem primam. Edidit etiam *Conciones VI. ex Psalmo XI: Responsum Catholicum ad quæstionem Jesuiticam: ubinam vera fuerit Religio & Ecclesia ante tempora Lutheri?*

10. Jun. MICHAEL MYLIUS, *Prussus*, per XX. & amplius annos Gymnasii Elbingensis Rector. Dedit *Orationem in exequiis Magni Ernesti, Comitis à Dönhof*, & si quæ sunt alia.

24. Jun. JACOBUS GOTHOFREDUS, *Genevensis*, primùm Juris in patria Professor, deinde &c. Vid. opusculi hujus partem primam. Delineavit quoque *Constitutiones Aurelianas: Dissert. de Monetæ aureæ mutatione: De statu Paganorum sub Christianis Imperatoribus &c.*

2. Jul. PHILIPPUS WEBERUS, *Germanus*, Augustanus, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Lichtenaviensis, deinde in patria apud Minoritas Diaconus, tum Auraci exul, iterum Augustæ Vindelicorũ Concionator, porro ad S. Annam Pastor & Ministerii Senior, demum

rude donatus, æt. 64. minist. 41. Reliquit *Conciones funebres.*

12. August. GEORGIUS ADAMUS BRUNNERUS, *Germanus*, Svinfurtensis, J. U. Doctor, officialis Magdeburgensis, pòst Syndicus, Consiliarius Administratoris Halensis & Magdeburg. æt. 72. Emisit *Synopsin Locorum Legalium Everhardi: Tractationem de Collatione Bonorum.*

15. Septemb. THOMAS LUPUS, *Italus*, Patricius Theatinus, J. U. Doctor, in patria Advocatus, Palmæ Ducis & Marchionis Vasti ac Piscariæ Auditor, æt. 71. Effecit *Practicum civile & criminale*, quod post obitum ejus demum prodiit.

29. Septemb. JEREMIAS REUSNERUS, *Germanus* &c. Vid. pars Diarii hujus prima. Dedit quoque *Dispp. de Consuetudinibus in genere: De forma Feudi: De justitia & jure: De Expensis: De Testamentis infirmandis: De Successionibus ab intestato: De Venatione: De Fidejussoribus: De Testamentis ordinandis &c.*

27. Octob. CAROLUS NIELLIUS, *Belga*, Pastor primùm Ecclesiæ Gallicanæ Vltrajecti, deinde Amstelodami Remonstrantium, ad Synodum Dordracenam citatus, æt. 76. Edidisse fertur *quædam Theologica*, sermone Belgicô. Vide Præstantium & Eruditorun Virorum Epistolas Eccles. & Theol. p. 520. &. 721.

Decemb. JOH. GRYPHIANDER, *Germanus*, Oldenburgensis, Poës. & Histor. Professor Jenensis, tum J. U. Doctor, demum in patria Judex & Consiliarius. Habentur ab eo *Oeconomiæ legalis libri: Tractatus de Insulis: De Weichbildis, sive Colossis Rulandicis quarundam Vrbium Saxonicarum: Velitationes Politico-juridicæ sex: Collegium Politicum: Phœnix Poëtarum carminibus celebratus & commentario illustratus.*

24. Decemb. PAULUS SPERLINGIUS, *Germanus*, &c. Conf. partem nostram primam, circa anni hujus finem.

25. Decemb. JOHANNES SOETEFLEISCH, *Germanus*, Mundensis, Phil. Magister, deinde ibidem Pastor Martinianus, demum Andreanus, æt. 62. Effecit *Dialogum cum Capucino habitum: Explicationem Theologicam de legitima Ministrorum Evangelicorum vocatione &c.*

31 Decemb. JOHANNES ALBRECHT, *Germanus*, Ruhlâ-Guelpherbytanus, Philos. Magister, Pastor Hildesiæ Martinianus, æt. 41. minist. 13. Edidit *Meditationes Sabbaticas.*

HIERONYMUS VEROSPIUS, *Italus*, Romanus, JCtus, Sacræ Rotæ Auditor, demum S. R. E. Cardinalis & Episcopus Auximanus. Scripsit *Decisiones plures: Orationem de Ascensione Domini: De Aloysio Conzaga, S. J. carmen.*

NICOLAUS HENELIUS AB HENNENFELD, *Germanus*, Silesius, J. U. Doctor, Con-

Consiliarius Cæsareus, nec non Ducatûs Monsterbergensis & Territorii Francosteinensis Procancellarius, demum Syndicus Vratislaviensis. Superest ejus *Silesiographia & Breslographia: Silesia togata, sive Silesiorum, qui litteratæ militiæ aliarumq; artium & virtutum famâ claruerunt, eulogia & memoriæ: Commentarius de jure dotalitii: De veteribus Jurisconsultis: Series sive catalogus Episcoporum Vratislaviensium, nec non omnium penè Silesiæ Ducum Genealogiæ: Chronicon Ducatûs Monsterbergensis & Territorii Francosteinensis: Tractatus Eucharisticus sive sermones soterici: Christus patiens: Psalmorum paraphrases Poëticæ: Otium Vratislaviense, sive variarum observationum liber: Liber de Ærario: Epistola de studio juris &c.*

DANIEL REICHARD, *Gemanus*, Diaconus primùm Xenodochii Dohnensis, deinde Pastor Wachensis, tum Diaconus Dresdensis, porro Past. & Superintendens Rochlitiensis, demum Pirnensis &c. æt. 72. minist. 51. Vid. partem Diarii primam, circa anni hujus finem.

BONAVENTURA VERACROCE, *Italus*, Aquavivâ Neapolitanus, ordinis Minorum regularis observantiæ, Definitor generalis, Visitator in provincia S. Angeli, postea Ragusii, & tandem in provincia Panormitana regni Siciliæ. Composuit stilô tragicô, & Italicô carmine *Triumphum B. Mariæ Virginis: Discursus de Sanctissimo sacramento Eucharistiæ.*

HIERONYMUS RAUCHBAR, *Germanus*, Onolsbacensis, J. U. Doctor, Consiliarius Brandenburgicus & judicii Provincialis Cæsar. in Burggraviatu Norimbergensi Assessor, rerumq; communium Director, æt. 76. Exaravit *Tractatum juridicum de Alimentis.*

ANNO 1653.

24. Januar. FRANCISCUS MARTINIUS, *Belga*, Pastor Epensis, Poëta insignis, æt. 41. Reliquit idiomate patriô consignata *Poëmata varia.*

20. Febr. FRIDERICUS REICHELIUS, *Germanus*, Theol. Doctor, in Academia Francofurtana ad Oderam primùm Hebrææ Linguæ, deinde Theol. per XIV. annos Professor. Habuit Præses *Dispp. de peccato Originali: De peccato & officio Christi in August. Confessionem &c.*

1. Mart. ISRAEL TABBERTUS, *Germanus*, Pomeranus, Pastor primò Tribusensis, deinde Archidiaconus, tandem Præpositus Wolgastensis, æt. 78. Typis commisit *Disputationem de Justificatione: Panegyricum in honorem Philippi Julii, Ducis Pomeraniæ, ex Gallia & Italia reducis: Conciones funebres.*

15. April. *PETRUS STRINGIUS*, *Germanus*, Hildesiensis, Phil. & J. U. Doctor, in patria primùm Advocatus, deinde Alfeldensis, & denique Hildesiensis Syndicus, æt. 72. Prelo subjecit *Dispp. varias juridicas*, &, sub nomine Justi Springeri, *Tractatum de Pace Religionis*.

15. April. *ALBERTUS STEINHUSIUS*, *Germanus*, Hildesiensis, Phil. Magister, Scholæ patriæ primùm ad S. Martini Sub-Conrector, deinde ad S. Ægidii Conrector ac Rector, tum Pastor Gadenstadensis, inde ad S. Lamberti Hildesiensis, demum Ministerii ibidem Senior, æt. 64. offic. 39. Vulgavit *Homiliam in Epistolam Domin. 1. post Trinitatis*: *Funebria*.

24. Jun. *CHRISTIANVS JANI*, *Danus*, Pastor Askevvoldensis in Norvvegia. Undis obrutus periit in reditu suo à Templo, ubi Sacra peregerat. Emisit *Dictionarium Norwegicum, cui accessit Horologium Rusticorum & Calendarium, cum suis characteribus & notis*.

4. Jul. *JOH. VVEBERVS*, *Germanus*, Norinbergensis, Phil. Magister, primùm Pastor Ofenhusanus & Habburgensis, postea ad D. Ægidii in patria Ecclesiastes, æt. 66. minist. 42. Morbo diuturno afflictus memoriam ita amisit, ut sæpe se ipsum non agnosceret, & puerilia proferret. Reliquit *Conciones aliquot funebres*.

24. August. *CORNIFICIVS ROSENKRANTZIUS*, *Danus*, Nobilis. Ei debentur *Propositiones selectiores, ex jure Danico, ad norman divini, naturæ & gentium expensæ, ubi à jure civili Justinianeo in nonnullis discrepant*.

5. Septemb. *VVOLFGANGVS MEIERVS*, *Helvetius* &c. Vide Diarii Biogr. partem 1. Ejus quoq; operâ prodiit *Cosmographia Münsteri collustrata, & ad annum 1628. adaucta*: *Lavacrum Regenerationis*: *Praxis Pietatis ex Anglico idiomate in Germanicum translata*: *Fulcimentum gladii Christianorum Regum de puniendis Hæreticis, contra turbatores Ecclesiæ directum*: *Dispp. de Vulneribus Ecclesiæ Romanæ nedum curatis*: *De vocatione*: *De Adoratione & Invocatione Sanctorum*.

10. Septemb. *HENRICVS TEVBERVS*, *Germanus*, Harstorffensis, primùm Musicæ Præfectus Culmbaci, deinde ibidem & Byruthi Diaconus, tandem Curiæ Superintendens, æt. 60. Scripsit *Aucupium Spirituale*: *Commentarium in Canticum Salomonis*: *Conciones funebres*.

14. Septemb. *CASPARVS KOCH*, *Germanus*, Bilverdianus, J. U. Licentiatus, primùm Electoris Coloniensis Consiliarius, deinde Imperialis judicii Cameræ Spirensis Assessor, æt. 40. Emisit, sub nomine Juliani Magenhorstii, *Commentarium in Ordinationem Judicii Cameræ Imperialis*: *Centuriam novarum observationum Cameralium*.

22. Septemb. FRIDERICUS BARNEWITZ, *Danus*, Nobilis, Nicopiâ-Falstrius, æt. 32. Delineavit *Mæcenatem ex Dione : De Munitionum in Republica usu Orationem.*

1. Octob. *ANTONIUS SANTORELLUS*, *Italus*, Medicus & Philosophus Neapolitanus, æt. 72. Struxit *Libros XXIV. de sanitatis natura : Anti-praxin Medicam : Post-praxin Medicam, sive de medicando defuncto.*

23. Octob. *JOH. STEINBERGIUS*, *Germanus* &c. Vid. Diarii hujus part. 1. circa finem hujus anni.

26. Octob. *JOH. BAPTISTA PHILIPPUS GHIRARDELLUS*, *Italus*, Romanus, J. U. Doctor, Poëta, Academicus Fantasticus, Intrecciatus, Anhelans, Sterilis & Humorista, æt. 30. Vulgavit *Constantinum, Tragœdiam : Hujus Apologiam : Carmina ; Orationes.*

FRANCISCUS COLUMNA, *Italus*, Romanus, Theol. Doctor, Episcopus Castrensis in provincia Hydruntina, nec non Basilicæ Constantinianæ Vicarius. Typis submisit *Epistolam Pastoralem.*

IOH. ERNESTUS SCHMIEDEN, Eques Polonus &c. Hæc ab aliena manu, me prorsus insciô, adjecta sunt, adeoque hîc delenda, ac commodiori forsan locô, cùm Vir generosus adhuc hodie sit, ut opinor, in vivis, reservanda.

ANNO 1654.

28. Feb. *JOANNES LUDOVICUS GUEZ*, Dominus de BALZAC, *Gallus*, Consiliarius Regius. Composuit *sex volumina Epistolarum : Tractatum de Principe : Socratem Christianum : Aristippum, sive de Aula : Poëmata diversa : Tractatus & dissertationes varias.*

17 Mart. *GEORGIUS MANCELIUS*, *Livonus* &c. Vide partem primam, & adde *Librum consolatorium in omnibus vitæ hujus ærumnis utilitissimè adhibendum : Fasciculum Dispp. Theologicarum in Academia Gustaviana habitarum : Disp. inauguralem de justificatione Hominis peccatoris coram Deo : Homiliam, cùm Ducissa Elizabetha in Templo Mitaviensi Altare erexisset, habitam : Conciones funebres ex 1. Chronic. XXX. 28. in obitum Ducis Friderici : ex Psalmo XIII, 2. 3. 4. &c.*

17. Mart. *JACOBUS BRUNO*, *Germanus* &c. Videatur pars Diarii nostri prima, & addatur *Oratio de Lenocinio Socratis : Disp. de Amicitia.*

11. April. *JACOBUS TRIGLANDIUS*, *Belga* &c. Conf. partem primam. Scripsit quoque Belgicè *Structuram ruinosam Papatûs ; De vera Religione libellum*

bellum : Discessum Christianum : Pseudo-Romanum Papatus.

21. April. LAVRENTIVS LVDENIVS. *Germanus*, &c. Vide partem Diarii hujus primam, interque scripta adde *Orationes* ductu ejus in publicum emissas, e. g. *de Deo Triuno: De persona, officio & beneficiis Jesu Christi: De Resurrectione Christi: De Ascensione Christi: De Spiritu sancto: De vera Dei invocatione: De salutifera Dei agnitione: De vero Dei timore: De dicto Joh. III, 16: De cognitione nostri: De Conscientia: De Anima: In Natalem Christi: In Passionem Christi: De Libero Arbitrio: De vita æterna: De vera Dei Ecclesia: De Justificatione: De Resurrectione mortuorum: De sacrorum meditatione: De Felicitate: De Veritate: De Pace: De Bello: De Venatione: De Castitate: De Mansuetudine: De Magistratu Politico: De Liberorum erga Parentes pietate: De Gratitudine: De Libertate Politica: De Amore, sive Philostrorgia liberorum erga Parentes: De Philostrorgia Parentum in liberos: De Philadelphia: De Humana fragilitate: De Avaritia: De Jure: De Temperantia: De Ebrietate: De Honore: De Bonitate: De Cruce & calamitate: De Paupertate: De Civitate: De Homicidio: De Homine: De Aquis: De Medicina: De Templis: De sacrorum Bibliorum meditatione: De Angelis: De Ministerio Ecclesiastico: De Peregrinatione: De Eloquentia: De Poëtica: in laudem Poëseos: De Academiarum antiquitate & necessitate, in natalem Acad. Aboensis: De Artium liberalium natura & studio: De Hebræa, Græca & Latina Lingua: De virtutis pictura: De Oxenstiernorum virtute: De Voluptate: De Musica: De Servis: De Civitate Rigensi: De Smalandia: Heroum Elogia: Historia Ostrogothiæ: Elogia Martini Lutheri: Finnoniæ: Sueciæ: Vplandiæ: Græcæ Linguæ: Politices: De Chronologia: Dispp. de principiis juris Canonici: De Nuptiis: De inventione Oratoria: De dispositione Oratoria: De Oratore: De Inventione Rhetorica: De Legibis: De Heroe: De Memoria &c.*

Jul. ZACHARIAS PRVESCHENCK, A LINDENHOFE, *Germanus*, Sultzbacensis Nobilis, J. U. Doctor & Professor Jenensis, deinde Pro-Princeps & Consiliarius intimus Isenacensis, Legatus ad Comitia Ratisbonensia, in Societate Fructifera dictus, der Fördernde/ æt. 44. Ex Latino in Germanicum convertit D. *Georgii Calixti tractatum de Pactis Dei cum Hominibus: Æneæ à Gaza Colloquium, sive Theophrastum de immortalitate Animæ: Casp. Barthii Soliloquia.*

20. August. FRIDERICVS ARNISÆVS, *Danus*, Sælandus, Hillerödensis, Medicinæ Doctor, Practicus Hafniensis, æt. 33. Reliquit *Disput. de Melancholia Hypochondriaca.*

24. Septemb. JOHANNES FREITAGIVS, *Germanus*, Perlenbergensis Pomeranus, Medic. Doctor, & Practicus Ratis-

Ratisbonensis, æt. 68. Composuit *Tractatum de Melancholia Hypochondriaca: XII. curiosas Quæstiones de analogia mundi majoris cum minore.*

8. Novemb. *SAMUEL HAINIUS*, *Germanus*, Bayreutensis Marchio-Brandenburgicus, Philosophiæ Magister, primùm in patria Rector, tùm ibidem Diaconus, post hæc Concionator Aulicus, demum Superintendens, æt. 50. Dedit *Conciones aliquot funebres.*

ANNO 1655.

15. Januar. *CASPARUS KLOCKIUS*, *Germanus*, Soestâ-Westphalus, J. U. Doctor, primùm in Camera Spirensi Advocatus, deinde Cancellarius Stolbergensis, tum Syndicus Brunsvicensis, Comes Palatinus Cæsareus, postea Cancellarius cùm Mindensis, tùm Hildesiensis, iterum Stolbergensis & Consiliarius Brunsvicensis, æt. 72. Ejus editi sunt *Consiliorum tomi quatuor: Tractatus Nomico-Politicus de Contributionibus: Tract. de Ærario: Dissertatio, an & quatenus Historici in judicialibus vim & fidem mereantur? Relationum liber singularis.*

10. Februarii *ANTONIUS MYLIUS*, *Germanus*, &c. Conf. partem primam. Scripsit quoque *Pervigilium Uranologicum: Dispp. Philosophicas: Orationem de victoria Davidis à Goliatho reportatam: Panegyricum in obitum Adami Theodori Siberi, Prof. Wittenbergensis.*

18. Febr. *CONRADUS MEIER*, *Livonus*, Rigensis, Phil. Magister, Pastor Nitaviensis. Vulgavit Σκιαγραφίαν *staturæ diversæ hominum, simul ac de ejusdem origine ac variis judiciis.*

14. Mart. *MARTINUS STATIUS*, *Germanus*, Phil. Magister, ad D. Johannis Pastor Gedanensis. Publicavit *Postillam Patrum super Evangelia Dominicalia: Lutherum redivivum: Christianismum Lutheri: Cynosuram Apostolicam Evangeliorum: Thesaurum Spiritualem fidelium.*

15. Jul. *CORNELIUS HANECOPIUS*, *Belga*, Theologus, æt. 77. Formavit linguâ vernaculâ *stellam ducentem ad salutem*, & fortè alia.

2. August. *CHRISTIANUS MARTINUS WILLICHIUS*, *Germanus*, Coloniensis Marchicus, Theologiæ Licentiatus, Pastor primarius & Superintendens Burgtorpensis, æt. 43. Reliquit *Dispp. de Punctis, sive Apicibus Tetragrammati: De Ecclesia: De Pacificatione vel Syncretismo inter Lutheranos & Calvinianos: Conc. funebres.*

30. *AZZOLINUS*, *Italus* Messappiâ-Salentinus, clericus regularis. Luci exposuit *Sacrarum Orationum partem primam & secundam: De Consolatione pusillanimi: Ludovici Blosii opuscula quædam* ex Latina in Italicam linguam transtulit.

FRANCISCUS CAPOTIUS CUCCINUS, *Italus*, Romanus, ex Comitibus Berardis, perpetus militiæ populi Romani Præfectus. Ejus est liber, cui titulus; *Agrippina minor, de mutatione imperii à Cæsare.* Manuscripta quoque reliquit varia, sermone populari exarata.

ANNO 1656.

9\. Januarii THEOPHILUS NEUBERGERUS, *Germanus*, Ecclesiastes primò in pago Neubergkensi, deinde Concionator aulicus Heidelbergensis, tum Gustroviensis, demum Cassellanus, ibidemq; Superintendens. Struxit Germanicè *speculum fidei*: *Manuale de Sacra Cœna*: *Libellum precatorium*: *Postillam Evangelicam*: *soliloquia de divina veri Christiani vita*: *Libellum consolatorium*: *Frenum Linguæ*: *Fasciculos duos variarum concionum.*

26\. Jan. BARVVARDUS RHESE, *Germanus*, &c. Vide partem hujus Diarii primam, & adde *Conciones funebres ex Genes. XV, 15: ex Luc. VII, sqq: ex Luc. II, 29. sqq: ex II. Regum II, 11. 12: ex Dan. XII, 13: ex Psalm. XCI, 15. 16: ex I. Corinth. II, 2: ex Psal. CXVIII, 15. 16. 17: ex Genes. XXXV, 16. 17. 18: ex Job. XIV, 1. 2: ex Psalmo XLII, 12: ex Psalm. CXIIX, 5: ex Matth. XVI, 24: ex Act. IX, 36-41: ex Apoc. XIV, 13. &c.*

8\. Mart. BERNHARDUS DAMKE, *Germanus*, Hamburgensis, Advocatus Rigensis. Effecit *Notas in Agapetum & Basilium*, quas Casp. Barthius in Silv. Statii p. 377. magnopere commendat.

15\. April. JOH. MEHLBOM, *Germanus*, Hannoveranus, &c. Vid. partem nostram primam. Fuit etiam judicii Aulici Guelpherbytani Assessor.

1\. Maji DOMINICUS CECCHINUS, *Italus*, Romanus, Consistorii Populiq; Romani Advocatus, utriusq; Signaturæ Referendarius, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, Romanæ Rotæ Auditor, Innocentii X, Pont. maximi Datarius, tandem S. R. E. Cardinalis Presbyter, æt. 67. familiæ suæ ultimus. Scripsit *Historiam suæ vitæ*: *Decisiones Rotæ Romanæ.*

6\. Jun. GEORGIUS CHRISTOPH. VVALTHERUS, *Germanus*, Rothenburgensis &c. vide partem Diarii hujus primam, & adde; Cancellariæ Director, & centies ferè Ablegatus. Dedit quoque *Dispp. de Renuntiatione successionum vel hereditatis*: *De jure venandi &c.*

15\. Juli. MARCUS AURELIUS SEVERINUS, *Italus*, Tharsiensis, Philosophus & Medicus, æt. 76. Extat ejus *Democritæa*: *Libri IX. de recondita*

abſceſſuum natura : Tractatus de Vipera: Tract. de qualitate & natura Chocolatæ: De Aqua pericardii, adipe, poris cholidochis: De Medicina efficaci libri tres: Chirurgia trimembris: Tractatus de ratione componendorum Medicamentorum: Phillotherapia externa: Liber de foliorum viridium in medendis ulceribus uſu: Epiſtolica diſſertatio de Lapide fungifero, & Lapide fungimappa: Therapeuta Neapolitanus: Scilophlebotome caſtigata i. e. de venæ Salvatellæ uſu & abuſu: Synopſeos chirurgiæ libri ſex: Antiperipatica, ſive de reſpiratione piſcium: Opuſcula varia, ut Quæſtiones Anatomicæ &c.

8. Septembr. *JOSEPHUS HALLE*, *Anglus* &c. Vide partem Diarii noſtri primam ad anni hujus finem.

31. Octobr. *BALTHASAR GOCKELIUS Germanus*, Melchingâ-Svevus, primùm Stotzingenſis, deinde Vlmenſis Eccleſiaſtes & Scholarcha, æt. 75. Vid. partem primam, & adde; *Concionem inauguralem Templi S. S. Trinitatis: Conc. de Mammona, ex Matth. VI.*

21. Novemb. *JOH. MAIERUS*, *Germanus*, &c. Vid. partem primam. Formavit inſuper *Stenographiam Biblicam: Conc. funebrem Jeſu Chriſti: Luſum gamicum ac Comœdiam domeſticam &c.*

THOMAS CEVOLUS, *Italus*, Romanus, J. U. Doctor, Poëta Laureatus, Academicus Humoriſta, Fantaſticus ac Intrecciatus. Reliquit *Rythmorum italicô verſu volumen.*

HIERONYMUS BRÜCKNER, Senior, *Germanus*, Erfurtenſis, Ducis Saxoniæ Conſiliarius Aulicus Gothanus. Habentur ſub ejus nomine *Reſolutiones Arreſtorum Latinè redditæ.*

JOH. BAPTISTA DE S. PETRO, *Italus*, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum. Vulgavit *Soliloquium ardore plenum devoti Gerlaci: Reflexionem hominis interioris de Tiberio Amalfi.*

FORTUNIUS LICETUS, *Italus*, Genuenſis, Lycei Patavini Philoſophus. Hic, cùm nondum partui maturus, vixq; ſemeſtris embryo eſſet, matre abortum patiente, poſitus à patre in fornacem, & thermarum beneficiô corpuſculum immaturi illius fœtus ad perfectionem productum eſt; quemadmodum Ægyptii in fornacibus excludere ſolent ovis gallinarum pullos. Obiit æt. 75. Quæ edidit, ſunt *de propriorum operum hiſtoria libri duo: Antiqua ſchemata Gemmarum annularium: De Pietate Ariſtotelis liber: Allegoria Peripatetica: De Monſtris opus, eorum cauſis, natura & differentiis: De annulis antiquorum: De his, qui diu vivunt ſine alimento, libri IV: Encyclopædia ad aram Pythiam Publilii Optatiani Porphyrii: De reconditis antiquorum lucernis: Encyclopædia ad Simmiæ Rhodii alas divinas: De novis aſtris & cometis: De ſpontaneo viventium ortu: De intellectu agente: De immortalitate animæ rationalis: De animarum coextenſione corpori: De anima ſubjecto corpori nil*

tribuente: De Anima ad corpus physicè non propensa: De constitutione Hominis in utero: De Natura, primo movente: De Cometarum attributis controversiæ: De natura fulminum, deque febrium origine: Exercitationes de lucidis in sublimi: Athos perfossus, sive rudens eruditus in Crilogiam de alimentis: Encyclopædia ad aram Nonarii Terrigenæ: Encyclopædia ad Epei securim: Encyclopædia ad syringam Theocriti: De Vita libri tres: Litheosphorus, sive de Lapide Bononiensi: Responsa ad primò quæsita à Cl. Viris: Ad 2.3.4.5.6. & 7. quæsita: De Animæ rationalis propensione ad corpus: De mundi & hominis analogia: De feriis altricis animæ Nemeoticæ: De natura assistente: De regulari motu Cometarum cœlestium: De Terræ unico motus centro: De centro & circumferentia: De luminis natura & efficientia: Ulysses apud Circen, sive de quadruplici transformatione Dialogus: Mulctra de duplici calore corporum naturalium: De natura & arte: De motu sanguinis, origine nervorum &c: Hydrologia Peripatetica, de maris tranquillitate, deque fluminum ortu è montibus.

PETRUS DONATUS CÆSIUS, *Italus*, Romanus, primùm Cameræ Apostolicæ clericus, deinde Thesaurarius, æt. 71. Edidit *Regulas, quas servare debent Thesaurarii Apostolici Ministri in Ecclesiasticorum spoliis.*

AUGUSTINUS A SANCTO, *Italus*, Calabriâ-Neapolitanus, Carmelita excalceatus, Prior in diversis Conventibus, Romæ atque Maltæ, per multos annos Phil. & Theol. Lector. Scripsit Italicè *Tractatum de Trinitate: De Angelis in compendio: Centum Sermones super regulas Carmelitarum.*

ANNO 1657.

22. Januar. ÆGIDIUS STRAUCHIUS, *Germanus* &c. Vixit in conjugio an. 50. Vidit ex XII. liberis 50. Nepotes, ex illis 37. superstites reliquit. Edidit quoque *Tractatum de Prædestinatione*: Conf. Diarii partem primam

9. April. JACOBUS FREISLEBEN, *Germanus*, Weidâ-Variscus, Phil. Magister, Diaconus Altenburgensis, post Archidiaconus, tum Concionator ibidem Aulicus & Consistorii Assessor. Habentur ab eo *Conciones funebres: Disp. de LXX. Senioribus Israëlis &c.*

17. April. HENRICUS COSELIUS, *Germanus*; Vide partem 1. Diarii nostri, & adde *Dispp. de Emptione & Venditione: De Crimine læsæ Majestatis: De Donationibus inter vivos: De Donationibus: De Exceptionibus peremptoriis &c.*

10. Jun. RAPHAEL AVERSA, *Italus*, Sanseverinas, Neapolitanus, clericorum Regularium minorum præpo-

Præpositus generalis, S. Inquisitionis Qualificator sacrorum Rituum & Indicis Congregat. Consultor, æt. 68. Nomen suum posteris celebre reddidit prelo committens *Logicam*: *Philosophiam, sive Metaphysicam & Physicam*: *S. Theologiam in tres partes distributam*: *Tractatus de fide, spe & charitate*: *Tract. de ordinis & matrimonii Sacramentis*: *Tractatus Theol. & morales de Eucharistiæ Sacramento & Sacrificio*: *De Pœnitentiæ Sacramento & extrema Unctione.*

18. Jul. JOACHIMUS IHERINGIUS, *Suecus*, Phil. Magister, primùm Pastor Nycopensis, deinde Esthoniæ & Oeseliensis per XVIII. annos Episcopus & Consistorii Revaliensis Præses. Obiit Holmiæ. Ejus est *Cor Dei maternum, seu Commentatio in Esaiam XLIX. 15. ex Germanico Martini Hylleri in sermonem popularem conversa*: Συζήτισις *Theologica, de ordine & regimine Ecclesiastico, habita in Synodo Revaliensi.*

6. Augusti CHRISTIANUS THOMÆUS SEHSTED, *Cimber*, in prædio Bekmarch natus, Eques auratus, Regni Daniæ Senator & magnus Regis Cancellarius, æt. 68. Emisit juvenis in Academia Wittenbergensi *Dissertationem Philosophicam de Locis Topicis.*

7. Augusti JO. ANTONIUS PHILIPPINUS, *Italus*, Romanus, Carmelita, Theol. Magister, ad S. Martinum in Exquiliis Prior, tum Romanæ Provinciæ Rector, mox Ordinis totius Procurator, demum, Generalis. Exaravit Italicè *Vitam S. Angeli Martyris Hierosolymitani*: *Antiquitates Ecclesiæ S. Silvestri & Martini de Monte.*

13 Septembr. JACOBUS A CAMPEN, *Belga*, Pictor & Architectus. Typis mandavit *Delineationem Curiæ Amstelodamensis XXX. figuris æneis.*

29. Septembr. PHILIPPUS KNIPSCHILD, *Germanus*, Treispachio-Westphalus, J. U. Doctor, Liberi Imperialium in Suevia Equestrium Ordinis ad Neccarum & Cochæram, nec non Reip. Eslingensis Syndicus & Consiliarius, sæpe Delegatus, æt. 62. offic. 26. Egregios concinnavit ediditq; tractatus, utpote *Paratitla juris universi Civilis, Feudalis, & Canonici*: *Collegium Contractuum*: (sub nomine HIPPOLITI A TREISPACH) *Consilium super aliquot Quæstiones de liberi Imperii Equestris ordinis in Suevia, Franconia & ad Rhenum statu atque sessione*: *Tract: de Fidei Commissis Familiarum nobilium, sive de bonis, quæ pro familiarum nobilium conservatione constituuntur*: *Informationem de obligatione Domini erga Vasallum*: *De obligatione Vasalli erga Dominum*: *De juribus & privilegiis Civitatum Imperialium in genere & specie*: *Tractatum juridico-Historico-Politicum de Nobilitate in genere, & præsertim juribus & privilegiis ordinis equestris liberi & immediati.* Prodibunt

Consilia & Responsa juridica: Tract. de Duellis.

15. Octobr. JOHANNES ADOLPHI, *Germanus*, Bregensis Silesius, Scholæ primùm Mitaviensis Rector, deinde Ecclesiæ ibidem Germanicæ Diaconus, demum Præpositus & Pastor primarius, æt. 44. minist. 16. Eodem cum conjuge die denatus. Reliquit typis excusas *Conciones funebres ex Dan. XII, 3. ex Josuæ XXIII, 14: ex II. Reg. XXII, 20: ex Esaiæ LVI, 2.*

16. Novembr. MANASSE BEN ISRAEL, *Belga* &c. Vide primam Diarii partem ad annum 1659. circa finem, & huc refer. Ejus quoque reperitur *Corpus juris utriusq; Ecclesiastici & Civilis, quod Misnajoth appellatur.*

26. Novembr. MICHAEL EIFLERUS, *Prussus* &c. Vide partem I. & adde inter scripta ejus *Exercitationes Logicas Problematicas: Methodum universæ Logicæ.*

6. Decembr. VVALTHERUS MAGIRUS, *Germanus*, Frislariâ-Hassus, ad D. Catharinæ Pastor Gedanensis in Prussia, æt. 69. Scripsit *Informatorium de vera Pœnitentia & Conversione ad Deum: Concionum Pœnitentialium XX. ex II. Sam. XXIV. partem primam: Conc. Pœnitent. ex Esaiæ XXXVIII. partem secundam.*

ANNO 1658.

1. Januar. CASPARUS SIBELIUS, *Germanus*, Elberfeldâ-Montensis, primùm Ecclesiastes Leydensis, deinde Ratingensis & Juliacus, demum Daventriensis, æt. 68. minist. 48. Ejus prostant *Conciones sacræ in historiam sanati Lunatici: Historia Hiskiæ, sive XXXIV. homiliæ, super Esaiæ XXXVIII: Conciones in Matth. VI: Conc. sacræ XVI. in Matth. XVIII, 5-14. de cavendis Scandalis: Concionum sacrarum Anniversariarum partes tres: Coronis sacrarum Concionum: Operum Theologicorum tomi quinque: Schola Tentationum, sive de sacrificio Abrahami Conciones XXXI: Monomachia Jacobi & Angeli: In Ecclesiasten, sive frænum juventutis, descriptio vanitatum juventutis & incommodorum senectutis: Ambitionis antidotum à Christo Discipulis præscriptum: II. & III. Caput Apocalypseos: Ars bellica sive historia Israëlitarum cum Amalecitis: Meditationes catecheticæ, ex catechesi Palatino-Belgica: Christi precationes & gratiarum actiones: Homiliæ de vitando contemptu parvulorum: Conc. de Didrachmo Christi: Conciones in Exodi cap. XVII: Humilitas Davidica in Epistolas Judæ: in Historiam Passionis: In Psalmos aliquot selectos: Comment. in Psalmum*

mum XVI: in Psalm. CXXXI: Encomium fraternæ Concordiæ, ex Psalmo CXXXIII: Conc. XVI. in Historiam transfigurationis Christi: In Canticum Simeonis.

22. Januar. JOACHIMUS RENNEKAMPFFIUS, *Livonus*, Rigensis &c. Vide tomum Diarii nostri primum, & adde; *Trigam Theorematum Legalium, ex materia Locationis-Conductionis desumptorum: Disp. de Emptione & Venditione.*

11. Febr. HARTMANNUS MOGIUS, *Germanus* &c. Conf. partem 1. & inter scripta ejus adde *Librum sententiarum, sive scholam puerorum Christianam.*

12. Febr. CONRADUS CARPZOVIUS, *Germanus*, &c. Videatur Diarii Biographici tomus 1 & adjici possunt ad scripta ejus *Dispp. de Monetis: De Contractu & distractu Sponsaliorum: De Remediis & auxiliis, quibus sententiæ & processus, qui dicuntur nulli, ab hoc vitio purgari, defendi & consolidari possint: De tribus hereditatem adeundi modis & inventarii confectione: De Legatis & Fidei commissis: De Pignoribus & Hypothecis: De quarta legitima: De rescindenda venditione: De Transactionibus: De Donationibus inter virum & uxorem: De restitutione in integrum in genere: De Tutelis & curatelis: De injuriis & famosis libellis: De necessaria defensione: De Legitimatione: De Evictionibus: De Exhereditatione liberorum, & jure novo ibidem à Justiniano constituto &c.*

20. Febr. VVOLFGANGUS CRUSIUS, *Germanus*, Erfurtensis, Med. Doct. ejusdemq; Facultatis & Consilii Secreti in Academia patria Assessor, æt. 36. Reliquit *Dispp. de Melancholia Hypochondriaca, aliisq; materiis Medicis.*

22 Febr. JACOBUS SPERLINGIUS, *Danus* Fionicus, Otheniensis, Phil. Magister, Scholæ patriæ Rector, Græcæ Linguæ & Mathem. in Regio Gymnasio Professor, deinde Templi D. Canuti ibidem Pastor & Nomarchiæ sacræ Præpositus, æt. 67. Consignavit *Abrahami Patriarchæ ætatem & obitum: Memoriam D. Johannis Michaëlis, Episcopi Fionensis.*

1. Mart. SAMUEL GRYNÆUS, *Helvetius.* Basiliensis, Phil. Magister, ad S. Leonhartum in patria Diaconus, deinde Pastor, æt. 63. Reliquit Germanicè *Adhortationem ad Evangelicos, ut Concordiam ineant &c.*

10. Mart. PETRUS MOLINÆUS, *Gallus*, &c. Vid. pars Diarii nostri prima, scriptisq; ejus adjici possunt *Tractatus de origine, disciplina & regulis Capuccinorum: Anatomia Missæ: De Aquæ Siloë in Purgatorio Satisfactionibus: De ultimis temporibus, contra Bellarminum: De Fide justificante: Novitas Papismi: Sermonum decades decem.*

25. Mart. GALLUS A RAGNITZ, *Baro*, *Austriacus*, Camerarius Cæsareus, pòst ob Evangelium Exul Ratisbonæ ac Norimbergæ æt. 68. Typis emisit *Libellum Hymnorum Sacrorum variorum lingvâ vernaculâ, cum titulo; Domus & cordis musica.*

18. Jun. LUDOVICUS CAPELLUS, *Gallus*, &c.

Confer Diarii Biogr. partem primam, circa anni hujus finem, & adde; æt. 73. prof. 45. Ejus insuper sunt *Annotata in Esaiæ caput LIII: in Abdiam: in Michæam: in Nahum: in Nabacuc: in Sophoniam: in Aggæum: in Zachariam: in Malachiam: Comment. in VIII. caput Genes. à 2. ad 9: De Ecclesiæ Christianæ supra Judaicam prærogativis: De statu Animarum post mortem: De Sabbatho: Joharis Cabbalistica expositio initio capitis II. Geneseos: Abraham, Isaac, Jacob, Esau ἀλληγορούμενος: Notæ Criticæ in plerosque libros veteris Testamenti: Notæ Criticæ in plerosq; libros Apocryphos: Vindiciæ pro arcano punctationis, contra Joh. Buxtorfium*: Gallicè *Cardo fidei, sive probatio Numinis, contra Atheos & profanos.*

18. Jul. WOLFG. LUDOVICUS ASSUM, *Germanus* &c. Vid. partem 1. circa anni hujus finem, & huc refer.

1. August. STEPHANUS RAM, *Dithmarsus*, Marnensis, Med. Doctor, Archiater Fioniæ, æt. 33. Evulgavit *Disp. inauguralem de Apoplexia.*

12. August. JOH. SPERLINGIUS, *Germanus* &c. Conf. partem primam, & adde; Academiæ tum Rector.

3. Septembr. OLIVERIUS CROMWELLUS, *Anglus*, Huntingtonsis, Eques, primùm Equitum Magister, mox in exercitu Anglicano Generalis, demum Reip. Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ PROTECTOR, æt. 61. quô die bis antea Victor extitit, ad Dumbarum nempe & Vigorniam.

Prodierunt nuper Ejus *Literæ ad diversos in Europa Principes & Respublicas exaratæ.*

10. Novembr. FRANCISCUS NICOLAI ROSENBERGIUS, *Danus*, Aalburgo-Cimber, Phil. Magister, Theol. Professor in Gymnasio Lundensi, pòst Episcopus Wiburgensis. Scripsit *De natura Ethices: Eudæmonologiam.*

17. Novembr. JACOBUS BOUTONUS, *Gallus*, Nonnetensis, S. J. Phil. & Theol. Professor, deinde in Insulas Americanas Missionarius, æt. 64. Soc. 48. Edidit Gallicè *Relationem stabilitæ à Gallis sedis in insula Martiniana, una ex Antiliis in America, ab anno 1625.*

27. Novembr. JOH. SCHWARTZKOPFF, *Germanus* &c. Vide partem 1. & adde: *Dissertationem de Moneta, ejusdemq; jure & mutatione.* Sunt, qui putant, eum quoq; esse Autorem Libelli germanici, qui prodiit, sub nomine Eitel Friderici ab Herden, Grundfest des H. Römischen Reichs etc.

11. Decembr. ULRICUS CHRISTIANUS GYLDENLÖV, Regis Dan. CHRISTIANI IV. Filius Naturalis. Dedit prelo *Orationem de præstantia Literarum.*

27 Decembr. JOH. BERGIUS, *Germanus* &c. Vid. partem 1. & adde inter scripta: *Conciones VII. de Hannæ precibus, exauditione & gratiarum actione, pro filio ejus Samuele: Conc. XXXIX. super Dicta diversa, ex Epistola ad Romanos.*

JOH. RIGOLEUCIUS, *Gallus*, Aremoricâ-Quintinus, Jesuita, Humaniorum Lector, æt. 63. soc. 41. Linguâ populari prodire fecit typis *Jesum amabilem: Instructionem de oratione mentali: Tractatum de custodia cordis: Epitomen vitæ perfectioris: Monita circa receptionem Virginum in Monasteriis observanda: XL. Epistolas spirituales* &c.

JOHANNES MERCKIUS, *Germanus*, Philos. Mag. Scholæ Lipsiensis & postea Grimmensis per XLVIII. annos Rector, æt. 81. Edidit *Grammaticam Crusianam contractiorem: Orationem germanicam sive Concionem super historiam Prophetæ Malachiæ: Lamentationem de incarceratione & devastatione populi Judaici, regionis & urbis Hierosolymitanæ, quæ typi fuerunt interitus mundi.*

ANNO 1659.

9. Januar. FRIDERICUS LENTZIUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor, Consiliarius Quedlinburgensis & Anhaltinus, demum Cancellarius Schvvartzenburgicus, æt. 68. Scripsit *de Austregis: De Privilegiis Immediatorum Sacri Romani Imperii* &c.

29. Januar. FRANCISCUS MACHADO, *Lusitanus*, Villaponensis, S. J. Eloq. Lector & Concionator, æt. 62. soc. 47. Struxit *Mausolæum Majestatis Johannis IV. Regis Lusitaniæ vitæ & obitus compendium.*

80. Febr. GUIL. COLLETETUS, *Gallus* &c. Vide partem Diarii hujus primam, & adde; Transtulit quoq; in linguam Gallicam *Homilias jejunii tempore habitas: Eclogas Scævolæ de S. Marthe, de claris in eruditione Viris, qui hoc seculo in Gallia floruerunt:* Scripsit ipse *Tomos VI. Poëmatum: Vitas Raymundi Lullii, Nicolai Vignieri, historiographi, Jo. de Housset, Eremitæ: Catalogum Auctorum ad Theologicam Moralem & Casuisticam spectantium.*

22. April. ERASMUS UNGEBAUR, *Germanus* &c. Vide, quæ ad an. 1660. 22. April. in tomo Diarii biographici primo notata sunt, & huc refer. Habuit quoque *Dispp. de principiis Stoicorum: De Reconventione: De Compensationibus strictè dictis.*

22. Maji STEPHANUS CURCELLÆUS, *Gallus* &c. Conf. tomum Diarii nostri primum, & scriptis ejus adde *Tractatum de Ecclesia Jesu Christi: Synopsin Ethices: Institutionem Religionis Christianæ* &c.

1. Jul. JOH. CROCIUS, *Germanus* &c. Conf. Diarii nostri pars prima, & adjiciatur; Minist. 47. Novies Academiæ Rector, ad colloquium Lipsiense delegatus. Edidit quoque, præter jam enumeratos Libros, *Commentarium de Cælibatu Clericorum:*

Comment. in Epist. S. Pauli: Dissertationes IX. de Libertinorum hæresi.

22. Septemb. THOMAS MORTONUS, Anglus, Episcopus primùm Caventriensis, deinde Dunelmensis, æt. 59. Scripsit de autoritate & dignitate Principum Christianorum, contra Bellarminum: Apologiam Catholicam, de notis Ecclesiæ: Decisionem controversiæ in Eucharistia de non-coëxistentia corporis Christi in diversis locis: Antidotum contra merita: In Epistolam I. ad Corintheos: Anglicè de natura divina: Libros VIII. de institutione Sacramentorum: Magnam Imposturam Ecclesiæ novæ Romanæ &c.

PAULUS ZACCHIAS, Italus, Romanus, JC. Philosophus & Medicus, æt 75. Publici juris fecit Quæstionum Medico-Legalium libros quinque: De Affectibus hypochondriacis: De subitis & inspectatis mortis eventibus, eorumq; præcognitione librum unum: De quiete servanda in curandis morbis libros tres: De maculis in utero à fœtu contractis: De sacræ Scripturæ miraculis libros quatuor: De Contagione discursum: De Passionibus Animi lib. duos: De risu & planctu libros duos: De Cerevisia discursum Medicum: Consultationes Medicas: Poëmata varia.

FRIDERICUS MENIUS, Germanus, Pomeranus, Poëta Laur. Cæsareus, primùm Eccles. Neomolensis, Dunemundensis, Czarnikoviensis & Rodenpeisensis in Livonia Pastor, deinde Histor. & Antiquit. in Academia Gustaviana Dorpati Professor, demum cupreorum in Suecia montium Præfectus. Vulgavit Latinè Diatribam Criticam de maris Balthici nominibus & ostiis: Germanicè Probam ultimi temporis de magna persecutione, restauratione veri cultus divini, interitu Papismi & adventu extremi judicii, contra Joh. Dolingium: Prodromum Historiæ Livonicæ: Syntagma de origine Livonorum: Relationem de Inauguratione Academiæ Dorpatensis die 15. Octobr. An. 1632. facta, & opuscula quàm plura alia, quæ alibi plenius enarrabimus.

ANNO 1660.

11. Maji. CHRISTOPH. ALTHOFERUS, Germanus &c. Vid. partem Diarii hujus primam. Edidit quoque Cynosuram Religionis veræ Catholicæ.

12. Septemb. JACOBUS CATSIUS, Belga, Zelandus, Eques, Pensionarius Hollandiæ, Academiæ Leydensis Curator, Poëta insignis, æt. 83. Vulgavit idiomate Belgicô Poëmata plurima, ex quibus Speculum veteris ac novi temporis: Jacobus Patriarcha Bigamus: Silenus Alcibiadis: Querelæ Ancillarum: Virorum præstantia: Aspasia: Certamen sui ipsius: Conjugium &c. Opera ejus omnia simul etiam prodierunt.

14. Oct.

14. Octob. PAULUS SCARRON, *Gallus*, Nobilis, Poëta. Condidit Poëmata pluſcula, inter quæ reperiuntur *Tragi-Comœdiæ: Adulterium innocens: Hypocrita: Plus in factis, quàm in verbis: Leander: Virgilius traductus* &c. Opera etiam junctim VI voluminibus excuſa ſunt.

16. Octob. LUCAS DE LINDA, *Pruſſus*, Gedanenſis, Reip. patriæ à Secretis, æt. 35. Paravit *Orbis deſcriptionem & omnium Rerumpublicarum*, ex Gallico: *Eulogia ad nomina clariſſimorum excellentiſſimorumq; Virorum Academiæ VVittenbergenſis.*

PETRUS SCRIVERIUS, *Belga*, Harlemenſis, Philologus & Poëta, in ſenectute oculorum uſum amiſit, æt. 84. Extant ejus *Animadverſiones in Apulejum & Vegetium: Collectanea veterum Tragicorum fragmenta cum notis: Notæ in Horatium: In Martialem: Obſervationum ſpicilegium in Senecam: Tabularium Antiquitatum Batavicar. Miſcella obſervationum ad Auſoniano quædam, & ad Pervigilium Veneris: Manes Erpeniani: Carmina varia.* Recenſuit pariter *Scriptores aliquot de re militari: Senecam: Philippi Cluveri inferioris Germaniæ antiquitates variaque variorum ſcriptorum alia: Er. Roterodami Vitam & Epiſtolas* &c.

JO. PHILIPPUS A VOBURG, *Germanus*, JCtus & Polyhiſtor. Formavit *Encyclopædiam juris publici, privati, civilis, criminalis, feudalis: Hiſtoriam Romano-Germanicam tomis XII.*

ANTONIUS DIANA, *Siculus*, Panormitanus, ordinis Regularis clericus, denatus Romæ. Habentur ab eo *Reſolutionum moralium partes XII: Compendium & ſumma Reſolutionum: Tractatus de primatu Petri: Practicæ Reſolutiones lectiſſimorum caſuum: De poteſtate Papæ exauctorandi Reges* &c. Opera ejus IX. tomis prodierunt.

ANNO 1661.

17. Mart. GERHARDUS VVINTER, *Germanus* &c. Vide partem Diarii noſtri primam, & adde: Exſpiravit placidè in templo, ubi confitentes excipere ſolebat, moxq; aſcendere ſuggeſtum volebat. Edidit quoque *Concionem ex Galat. VI, 8: Conc. funebrem ex Geneſ. XXXII, 1-24.* &c.

19. April. JOACHIMUS GERSDORPHIUS, *Danus*, in prædio Serbigaard Selandiæ natus, Eques auratus, Regni Danici Senator ac Drotzetus, ut & Præfectus Calundanus, æt. 49. Ejus eſt *Oratio de cauſis, cur magnæ Civitates intereant?*

19. Maji JOHANNES MACHLIN, *Anglus*, Theologus Northumbrienſis, æt. 114. Huic dentes in ſenectute eruperant, & renatum ca-

capillitium. Fertur populari linguâ *Homilias aliquot* edidisse.

21. Jun. FELIX CALVUS, *Italus* &c. Vide part. primam, & adde; Bergamensis, in patria & Mediolani Medicinæ Practicus, æt. 73.

23. Jun. HENRICUS SCHWARTZE, *Germanus*, Wertheimensis Francus, Phil. Magister, primus Pastor Lutheranus Hanovensis, tum Oldenburgensis, postremò Magdeburgensis ad S. Johannis, æt. 53. Scripsit *Tractatum de Persona Christi: Homiliam de Strena: Conc. duas de extremo judicio: Conc. VII. de Morte: Conciones XVIII. de vita æterna: Concionem de Formicis. Disputationes nonnullas.*

8. Jul. THEOPH. GROSGEBAUR, *Germanus* &c. Vid. partem primam. Delineavit quoque *Jubilæum filiorum Dei, tribus concionibus, super Psalm. CIII.*

19. August. GEORGIUS ZIERLINUS, *Germanus*, Lichthaliensis, Poëta Laureatus Cæsareus, primò Diaconus, pòst Pastor primarius & Superintendens Rotenburgo-Tuberanus, nec non Consistorii Præses, æt. 70. minist. 44. Typis subjecit *Explicationem Prophetæ Obadiæ: Orationem poëticam de Antiocho Epiphane, ex libris Maccabæorum: Conc. funebres ex Rom. XIV, 7-8: ex Act. IX, 36-42. ex Psalmo XXII, 27: ex Apoc. II, 17.* &c.

31. August. GEORGIUS BRASCHIUS, Senior, *Germanus*, Luneburgensis, Phil. Magister, primùm Borsholmensis, pòst in patria ad D. Johannis Pastor æt. 62. Vulgavit *Manuale Luneburgicum.*

1. Septemb. JO. CONRADUS RHUMELIUS, *Germanus* &c. Vid. partem I. circa finem hujus anni.

11. Sept. WOLFGANGUS JACOBUS MÜLLER, *Germanus*, Cantor Altorphi, Phil. Magister, tum Concionator in arce Rotenberga, demum Norimbergæ ad D. Jacobi, & postremò ad D. Sebaldi Diaconus, æt. 47. minist. 26. Reliquit *Libellum de gaudio vitæ æternæ & pœna infernali: Conciones aliquot funebres.*

JOHANNES SEYBOTHIUS, *Germanus*, Poëta Laur. Cæsareus, Gymnasii Rotenburgensis Rector. Struxit *Pædiam geminam Philologicam Linguarum, & Philosophicam sententiarum.*

LAURENTIUS BODOCKIUS, *Polonus*, Posnâ-Politanus, Philos. Magister, Ordinis Franciscani Presbyter, Pœnitentiarius ac Confessionarius, postea Lutheranæ religioni addictus tam in Gymnasio Rigensi, quàm Academia Rostochiensi Eloquentiæ Professor, demum Ducis Megapolitani Consiliarius. Typis subjecit *Orationem revocatoriam Pontificiorum dogmatum: Execrandum Papæ Romani Antichristi revelati genium, & augustissimum B. Lutheri virtutem & indolem, in Cygno expressam: Suadam Romanam, sive selectorum sermonum ab ipso publicè habitarum decadem primam:*

Augustissimum Incarnationis Jesu mysterium: Studiosum Academiæ Rostochiensis, ab ipsis studiorum auspiciis, usque ad eorum finem, in consultore Oraculi Trophonii expressum.

JOH. BELLIEN, *Germanus*, Phil. Magister, Scholæ Wismariensis Rector, in Societate Teutonica der willige dictus. Emisit *Ortographiam Teutonicam: Tractatum de vera Pronominum compositione: Epistolarum Germanicarum tomum primum: Poëmata germanica in natalem Christi: In Ejusdem passionem & mortem.*

ANNO 1662.

3. Januar. *AMBROSIVS GVIDETTVS*, *Italus*, Neapolitanus, Eremita Augustinianus, Theol. Doctor, ordinis sui Melitæ, Panormi, Genuæ, Mediolani & Neapoli Præfectus, nec non Concionator. Foràs dedit *Orationem in electionem Ducis Genuensis, aliaque Theologica æquè ac Philosophica.*

23. Febr. *CHRISTOPHORVS NICOLAI*, *Germanus* &c. Vide tomum hujus Diarii primum. Scripsit etiam *de pernicioso Paracelsistarum Hoplocrismate.*

12. Mart. *GVILHELMVS GROTIVS*, *Belga*, Delphensis, JCtus, æt. 65. Confecit *Isagogen ad praxin fori Batavici: Enchiridion de principiis juris Naturalis: Jus Gentium: Vitas JCtorum, quorum in Pandectis extant nomina.*

16. Mart. *ABRAHAMVS CALOVIVS*, Doct. Abrahami Filius, *Prussus*, Regiomontanus, Philos. Magister, æt. 21. Vulgavit *Orationem de Passione Christi Ebræam.*

24. April. *ANDREAS VVECKMANNVS*, *Germanus*, Orlâ-Thuringus, Pastor primùm Waldkirchensis, deinde Lengefeldensis, tandem Theol. Licentiatus, & Pastor Crimmitzschensis, æt. 45. minist. 23. Adornavit *ἁγιολογίαν sive Postillam Evangelicam: Dispp. ex 1. Joh. I, 17: ex Psalm. II, 10. 11. 12: ex Psalmo CII, 26. 27. 28.* quæ est ejus inauguralis.

6. Juli *RABO HERMANNUS SCHELIUS*, Dominus de Welberg & Veenbrugge, *Belga*, Secretarius. Composuit *Librum de jure Imperii: De Libertate publica: Notas ad Hyginum de castrametatione Romanorum.* Adornavit *Tomos duos de omni re militari Romana*; sed labor iste morte præmaturâ interruptus est.

19. Augusti *LUDOVICUS PASCHALIS SCUTARIUS*, *Gallus*, Nobilis, æt. 39. Exaravit *Literas Provinciales.*

Novembr. *JOHANNES BALDOVIUS*, *Germanus*, Byrutho-Francus, Phil. Magister, primùm Hebrææ Linguæ in Academiis Lipsensi & Helmstadiensi Professor, deinde Pastor

Neoburgi ad Visurgim, & inferioris Comitatus Hojensis Superintendens, æt. 58. Literis mandavit *Orationem auspicalem, in qua asseritur, Ebræam linguam esse pronunciatu suavissimam, elegantiis cultissimam, cognitu facillimam, in studio Theologico longè utilissimam, summeque necessariam: Specimen Dilucidarii Biblici: Medullam Grammaticæ Ebrææ.*

19. Decembr. HENRICUS MATTHIÆ WALLENSBECH, *Danus*, Selandus, ad templum Holmense Hafniæ Ecclesiastes, deinde Legationis Danicæ in Gallia Pastor. Juris fecit publici *Lucubrationum funebrium primitias, de Rachelis Obitu, & incerta hominum sorte: Delineatam Strenæ regiæ Ptochotrophæi Holmensis typographiam: Diarium obsidionis Hafniensis metricum, cum figuris.*

HIERONYMUS NICOLIUS, *Italus*, ordinis Augustini, Congregationis observantiæ de Lombardia, Vicarius generalis, Theol. Lector & parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Populo. Ab eo prodierunt *Flosculi sive notabilia practica ex utroque jure, ac Theologiæ præsertim fontibus libata, tomis duobus: Lucubrationes utriusque juris Canonici & Civilis, tomis duobus.* Inedita sunt longè plura.

SERAPHINUS A CONCEPTIONE, *Italus*, Romanus, Carmelita excalceatus, in conventu S. Mariæ de Victoria Philos. & Theol. Professor. Scripsit ferè *super totam summam Divi Thomæ: Libros duos de virtute & sacramento Pœnitentiæ.*

ANNO 1663.

10. Februarii CHRISTOPHORUS MEELFÜHRERUS, *Germanus*, Onolsbacensis Francus, Phil. Magister, in patria primùm Conrector, tum Diaconus, demum Pastor & Consistorii Assessor, æt. 55, offic. 30. Prelo dedit *Supplementum in B. Parentis sui, Joh. Meelfureri, libellum historico-Biblicum: Conciones funebres varias.*

2. Mart. JOH. ERASMI BACCHERUS, *Danus*, Rudcopiâ Laugelandus, Phil. Magister, Nestvediæ ad templum D. Petri Pastor, æt. 52. Scripsit Germanicè *de summo Bono.*

13. Maji JOHANNES LIMNÆUS, *Germanus*, Jenâ-Thuringus, primùm Auditor bellicus sub Wilhelmo, Duce Saxoniæ, deinde Principis Onolsbacensis Consiliarius, & juniorum Principum Inspector, tum J. U. Doctor, Marchionis Brandenb. Alberti Consiliarius intimus & Camerarius, æt. 71. offic. 31. Vide, quæ in Diarii hujus tomo

tomo primo ad an. 1665. adducta sunt, & huc refer. Ad scripta ejus addi possunt *in Danielis Ottonis dissertationem de jure publico imperii Romani notæ & animadversiones.*

10. Augusti JOH. MICHAELIS CORVINUS, *Danus*, Philos. Magister, Scholæ Slaglosianæ Rector, postea Pastor Ecclesiæ Orslöv in Selandia. Ejus est *Hepta cordum Davidicum, seu nova solsisatio, in qua Musicæ practicæ usus; cui accessit Logistica Harmonica Musicæ vera & firma perstruens fundamenta: Rythmologia Danica.*

19. Augusti GORGIUS KENDALL, *Anglus*, Costonâ-Dulicensis, primùm Rector Blislandensis, dein Ecclesiæ Londinensis Minister. Scripsit *Vindicationem Doctrinæ vulgo receptæ in Ecclesiis de Gratia speciali: De Prærogativa Christi, potentia, præscientia, providentia &c. contra Joh. Goodvvin: Digressiones de impossibilitate novorũ actuum immanentium in Deo: De perseverantia Sanctorum: Apologiam pro eruditione Academica, contra Magistrum Horne &c.*

5. Septembr. SAMUEL BUGGE, *Danus*, Pastor Ecclesiæ Eidsfiord, Præpositus districtûs Nordfiord in Norvegia, æt. 58. Struxit *Ethicam Christianam, carmine Danicô: Munitam animarum turrim in nomine Jesu.*

13. Septembr. GEORGIVS NAGELIUS, *Germanus*, Neusesiensis, Philos. Magister, Pastor primùm Finsterlöensis, deinceps Adelhofiensis, tum Diaconus Rotenburgensis novissimè Ministerii ibidem Senior, Consistorii Assessor & Scholarcha, æt. 71. minist. 46. Avus, Pater & Filius per 140. annos, rarô exemplô, in vinea Christi laborârunt. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

8. Novembr NICOLAUS LAPPIUS, *Germanus* &c. Vide tomum Diarii hujus primum, & adde; minist. 44. Delineavit etiam *Historicam seculi nov-antiqui comparationem.*

CAMILLUS ASTALLIUS, *Italus*, Romanos, primùm Sacri Cõsistorii Advocatus, mox Cameræ Apostolicæ clericus, demum S.R.E. Cardinalis, & in Pamphiliam familiam cooptatus est, Pontificis INNOCENTII X. Nepos, dictusque CAMILLUS PAMPHILIUS, quod agnomen locumq; paulò pòst, iratô Pontifice, deposuit, nec non Episcopus Catanensis in Sicilia. Ejus habetur *Literarum volumen: Narratio vitæ suæ.*

N. VERIUS, *Gallus*, Nobilis, Abbas, Doctor Sorbonicus, æt. 33. In lucem edidit *Panegyricos Sanctorũ: Præcepta Rhetorices*, & quædam alia.

WILHELMUS SCHRÖTERUS, *Germanus*, Saltzburgensis J. U. Doctor, Comes Palatinus Cæsareus, Ducum Saxoniæ primùm Consiliarius Aulicus, deinde Consistorii Gothani Director, ad Tractatum Pacis Osnabrugæ Legatus, demum Cancellarius & Consiliarius intimus. Elaboravit *Informatorium universi juris.*

ANNO 1664.

2. Febr. LEONHARDUS URSINUS, *Germanus*, &c. Vide in parte Diarii biographici prima ad an. 1663. de eo notata, & huc refer.

14. Febr. DANIEL GEYERUS, *Germanus*, Rosenhemio-Bavarus, Medicinæ Doctor, Augustæ Vindelicorum, Posonii & Ratisbonæ Practicus, æt. 70. Paravit *Responsum Medicum defensivum de morbo & morte Cardinalis Wartenbergici*.

3. Mart. FRANCISCUS MARIA De AMATIS, *Italus*, Romanus, S. J. Coadjutor Spiritualis & Ecclesiastes, Collegii quoque Recinetensis Rector, æt. 79. Typis subjecit *Orationes aliquot*. Transtulit Italicè *Vitam P. Ganzali Silveriæ, Martyris: Vitam Hyacinthæ Mariscottæ*.

21. Mart. GUILIELMUS ERNESTUS SCHEFFERUS, *Germanus*, Budingensis, Med. Doctor, & Practicus Francofurtensis ad Mœnum, æt. 74. Vulgavit *Dispp. de Paralysi: De Lumbricis in corpore humano: Epistolas*.

26. Mart. CHTISTOPHORUS BRUNCHORSTIUS, *Germanus*, Erfurtensis, primùm Pastor Ehreshusius, deinde Inspector & Superintendens Eisfeldensis, demum &c. æt. 60. Vide Diarii hujus partem I. Scripsit quoque Germanicè *Tractatum de Tentationibus spiritualibus*.

10. April. TOBIAS SEIFARTUS, *Germanus* &c. Confer partem primam, & adde: *Encycliographiam studii Theologici: Breviarium Biblicum*.

1. Jun. CHRISTIANUS VVILHELMUS MARCHIO BRANDENBURGICUS, Administrator, pòst Archiepiscopus Magdeburgensis &c. à Lutherana ad Pontificiam Religionem transiit, æt. 78. Formavit *Speculum Veritatis: Apologiam contra scriptum Casp. Erasmi Brochmanni*.

28. Novembr. VALENTINUS HEIDERUS, *Germanus*, Lindaviensis, J. U. Doctor, primùm in patria Syndicus, mox Ducis Würtenbergici, postmodum & variarum Civitatum Imperialium Consiliarius, sæpe Legatus, demum in patria Consistorii Ecclesiastici, nec non caussarum matrimonialium Præses, æt. 60. Conscripsit *Dispp. aliquot de jure Actionum aliisq; materiis juridicis*.

20. Decembr. ANDREAS VIRGINIUS, *Germanus* &c. Vide partem primam. Edidit insuper *Dispp. de Fortitudine: De Creatione mundi: De S. S. Theologia: De Providentia Dei: De universa Hominum ad salutem æternam vocatione: De Ministerio Ecclesiastico: De Prædestinatione seu Electione Filiorum Dei ad vitam æternam: De Angelis: De Carne & Spiritu, atque mutuo utriusq; luctu in* homine

homine renato: De æterna hominum perseveranter ad finem usque vitæ in Christum credentium ad salutem æternam electione: De Libero Arbitrio, Pœnitentia, Sacramentis & Vita æterna: in Caput VIII. Matthæi: In Psalmum IX: De mysterio SS. Trinitatis, ex 1. Joh. V, 7. &c.

4. Decemb. ACHATIUS MYLIUS, Germanus, Vstraviensis Saxo, primùm Pastor Sammersdorffensis in Ducatu Halensi, deinde Hevensis in Ducatu Göttingensi, tum Superintendens Bocnemensis in Diœcesi Hildesiensi, tandem Theol. Doctor, Consistorii Hildesiensis Assessor, Pastor & Superintendens Alfeldensis, æt. 57. Prodire fecit Concionem die Simonis & Judæ, ex Joh. XV, 17-25. habitam: Conc. funebres ex Jobi VII, 2-7. &c. Positiones summam doctrinæ Christianæ complexas, pro gradu Doctorali.

LUDOVICUS JABOBILLUS, Italus, Romanus, J. U. Doctor, æt. 72. Exaravit Bibliothecam Vmbriæ: Vitas & elogia Variorum; Discursum historicum de Civitate Fulginatensi: Tractatum de Angelis: Chronologiam, multaque alia sermone populari.

JOHANNES GREGORII LEMOVICUS, Cimber, Philos. Magister, Regiæ Communitatis Hafniensis Præpositus, æt. 31. Effecit Harmoniam Mich. Waltheri abbreviatam; Dissertationes de materia & forma &c.

ANDREAS GOLDMAYER, Germanus, Guntzenhusâ-Francus, Comes Palatinus Cæsareus, Mathematicus, æt. 61. Norimbergæ. Condidit idiomate populari Harmoniam cœlestem de cursu Solis ac Lunæ: Mysteria sacræ scripturæ & luminis Naturæ: Calculum Astronomicum de tempore vero Creationis, stellarum & planetarum: Descriptionem historicam & astronomicam Vrbium Bambergæ, Wurtzbergæ, Augustæ Vindelicorum, Lipsiæ &c: De origine populi Hassiaci, & de exstructione urbis Marpurgensis: Chronicon Argentoratense: Directorium Mathematicum de Nativitatibus, & quæ sunt alia.

ANNO 1665.

13. Mart. DANIEL RÜCKERUS, Germanus, Rotenburgô-Tuberanus, primò Comitis Waldeccensis Concionator Aquisgrani secretus, mox Marpurgi Professor extraordinarius, postea Pastor Nidensis, inde Saxo-Vinariensis Ducis Bernhardi in exercitu Suecico Concionator Aulicus & Consistorii Castrensis Præses, adhæc Superintendens Brisacensis, porro in patria ad Sp. sanctum Pastor, exinde Superint. specialis Marpachiensis, demum Superintendens Rotenbur-

gensis, æt. 60. minist. 39. Publicavit *Encænia sacra, sive Templi Hohentwilitani inaugurationem: Conciones Conscientiarias: Irenicas: Funebres: Dispp. Theol. & Philosophicas* &c.

16. Mart. HÆNRICUS DAVID CHUNO, *Germanus*, J. U. Doctor ejusdemq; in Academia Heidelbergensi Professor. Formavit *speculum boni Principis: speculum boni Tutoris: Dispp. de Jurisdictione: De Domini probationibus: De sententiis, & circa eas ferendas & exequendas officio judicis: De jure Appellationum hodierno: Ad L. diffamari c. de ingen. manum: De Collatione: Ad L. Quisquis f. c. ad L. Jul. Majest: De repetitione Leg. unic. c. de suffragio: De jure & privilegiis Amicitiæ: De honestate mulierum: De indictionibus temporariis: De Thesauris: De jure & privilegio creditorum ac debitorum: De usucapionum & præscriptionum materia: De Felonia* &c.

26. Octob. JACOBUS STERMONT, *Belga*, Leydensis, Pastor primò Roterodamensis, deinde &c. Vid. partem Diarii hujus primam, interq; scripta adde; *Argentum purum in tribulationibus terrenis*.

7. Decemb. MICHAEL VVATSONIUS, *Germanus* &c. Conf. partem I. Concinnavit quoque *Dissertationes in VIII. Libros Politicorum Aristotelis, & II. Strozæ: Dispp. de Vocabulorum ad sapientiam primam spectantium primis Definitionibus & variis significationibus: De Philosophiæ civilis integritate: Problemata endoxa-paradoxa* &c.

N. FERMATIUS, *Gallus*, JC. & Mathematicus, supremæ Curiæ Tolosanæ Senator. Scripsit *de Maximis & Minimis: De Contactibus sphæricis: Observationes in Athenæum: In Theonem Smyrnæum: Carmina Latina, Gallica & Hispanica*.

EBERHARDUS MÜLLERUS, *Livonus*, Revaliensis, Phil. Magister, in Academia Wittenbergensi Collegii Philos. Adjunctus, pòst Concionator in Prussia Castrensis, demum Thorunii. Edidit *Orationem Hebræam de quæstione; An Jesus Nazarenus Filius Mariæ verus sit & promissus mundi Messias? Dispp. de Arte, æmula naturæ: De Bono: De Barbarismis & solæcismis: De communicabili & incommunicabili* &c.

N. MONCONISIUS, *Gallus*. Confecit *Itinerarium per Lusitaniam, Italiam, Ægyptum, Syriam & Constantinopolim, volumine primo; per Angliam, Belgium, Germaniam & Italiam, volumine secundo; per Hispaniam, volumine tertiò: Tractatum de Algebra: Epistolas; Poëmata*.

ANNO 1666.

10. Januar. BARTHOLUS VVICHMANNUS, *Danus*, Fionicus, Otheniensis, Phil. Magister, Pastor Serslovienfis, æt. 49. Scripsit *Lamentationes Jeremiæ metricè: De Animæ quiete, carmine Danicô.*

27. Jan. *PETRUS HERMANNIDES*, *Danus*, Phil. Magister, Rector Scholæ Malmogianæ, æt. 55. Vertit Danicè *Winstrupii belli Suecico-Danici mirabilia.*

29. Jan. *ANTONIUS DEUSINGIUS*, *Belga* &c. Vide part. primam, & huc refer.

4. Februarii *OTTO KRAGH*, *Cimber*, in prædio Aggerkroeg natus, Nobilis, Senator Regni Daniæ, æt. 55. Emisit *selectas juris Quæstiones.*

21. Febr. *ARMANDUS BOURBONIUS, PRINCEPS DE CONTI*, Gubernator Languedocensis, Eques ordinis Regii de Spiritu Sancto, æt. 37. Reliquit idiomate Gallicô consignatum librum, cui titulus; *Officia Principum: Epistolas sive informationem de Concordia Liberi Arbitrii cum Gratia Jesu Christi* &c.

26. Febr. CANUTUS *LERCHE*, *Danus*, Neoburgo-Fionensis, Phil. Magister, Neostadiensis in Lollandia, æt. 73. Confecit *Refrigerium animæ, ex Jobi XIX: Concionem funebrem ex Psalmo XC, 10.*

15. Mart. *JOH. LIBIUS*, *Germanus* &c. Vid. partem Diarii nostri primam. Vulgavit quoque *Jubilæum Catholicum, sive narrationem historicam de statu Religionis tempore Caroli Magni Imperatoris.*

23. Mart. GOTTFRIDUS *SLÜTERUS*, *Germanus* &c. æt. 61. Conf. partem 1. Reliquit etiam *Comment. analyticum super Organon Aristotelis: Dispp. de Unione materiæ & formæ: De Universalibus* &c.

14. April. *CHRISTIANUS BARNECOV*, *Danus*, Nobilis, in prædio Scaniæ Vidsköle natus, æt. 40. Scripsit *de Clarigatione & Manifestis.*

26. April. DONATUS *ANTONIUS DE MARINIS*, JCtus, æt. 67. Edi fecit *Resolutiones juris: Decisiones Neapolitanas: Resolutiones quotidianas* &c.

1. Maji *CHRISTOPH. NOTTNAGELIUS*, *Germanus* &c. Vid. partem 1. Habuit Præses *dispp. de Silesia: De Hypothesibus Astronomicis: De Regionibus, quarum in Historia sacra fit mentio: De Geographiæ requisitis: De triplicium circa orbium corporumq; cœlestium dispositione, seu Systema mundi hypotheticum, nempe Ptolomaicarum, Copernicæarum & Tychonicarum comparatione & selectu: De Ventis insolentibus: De insperato solis exortu an. 1597: De luminarium eclipsibus: Triadem nobilissimarum Quæstionum* &c.

18. Maji ELIAS PAULUS SCHRÖDERLINUS, *Germanus*, Onolsbacensis, Phil. Magister, primùm Scholæ patriæ Rector, deinde Ecclesiastes Heilbronnensis, ibidemq; Theol. & Hebr. Linguæ Professor ac Bibliothecarius, æt. 44. Dedit *Dispp. de Christi & Pharisæorum inter se conflictu, ex Matth. XXII, 42. sqq.* aliisq; materiis Theol. ac Philologicis.

20. Maji HENRICUS NIEROP, *Belga*, Hornanus, JC. & Poëta. Vulgavit *Carmina*, & forsan alia.

31. Maji JOH. WILHELMUS MANNAGETTA, *Germanus*, Wilhelmspurgo-Austriacus, Phil. & Med. Doctor, Comes Palatin. Cæsareus, trium Imperatorum Archiater & Medicus ordinarius, nec non in Academia Viennensi Professor, octies Rector, æt. 78. prax. Med. 46. sine prole discedens. Bibliothecam reliquit ex libris omnium scientiarum cumulatam, quam 50000. florenis ipse æstimaverat. Construxit *Coronam duodecim Cæsarum è domo Austriaca* &c.

-- Augusti JOACHIMUS UTECHT, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, Phil. Mag., in patria primùm ad D. Nicolai Diaconus, tum ad D. Mariæ Archidiaconus. Formavit linguâ populari *Immotam mensam Domini, sive de Eucharistia libellum: Scholam Lutheri reseratam, de Parentum & Liberorum, Magistratus & subditorum, Præceptorum & Discipulorum officiis.*

-- Septembr. ENOCH HIMMELIUS, *Germanus*, Spirensis, Theol. Doctor, primùm Pastor & Superintendens Orlamundensis, deinde Cizensis, demum Torgensis. Habuit *Dispp. de disciplina Ecclesiastica: De vera Religione Abrahamitica* &c. *Conc. funebres.*

21. Sept. ADAMUS WEINHEIMERUS, *Germanus* &c. (pro Pastore Limburgico legatur, in parte libri hujus prima, Superintendens Gaildorffensis) æt. 52.

30. Octob. ARNOLDUS POELENBURGIUS, *Belga*, Theol. Professor inter Remonstrantes Roterodami, Amstelodami, Hornæ & alibi. Emisit *Orationem in obitum Stephani Curcellæi: Epistolas varias*, & fortassis quædam alia.

ALBERTUS VI. DUX BAVARIÆ &c. æt. 82. Scripsisse *de Conjugio Sacerdotum* fertur.

CAMILLUS PAMPHILIUS, *Italus*, Romanus, Innocentii X. Pontificis ex fratre Nepos, Cardinalis, Diaconus, pòst dimissâ purpurâ, Olympiam Aldobrandinam matrimoniô sibi junxit, & S. R. E. Generalis Dux. Ejus supersunt *Carmina & Dramata non pauca.*

ANNO 1667.

17. Januarii JOSEPHUS FURTENBACH, *Germanus*, Leutkirchâ-Suevus, Civitatis Vlmensis Senator & Ædilis, Mathematicus atque Architectus egregius, æt. 76. Ingenii monumenta reliquit varia, inter quæ eminent *Architectura universalis: Civilis: Navalis: Martialis: Recreationis: Privata: Itinerarium Italiæ: Feriæ Architectonicæ: Halinitro-pyrobolia: Structura Templorum: Scholarum: Cœmiteriorum: Hortorum: Villarum: Opificiuarum: Claustrorum: Hospitiorum pro pauperibus: Speculum artificiale: Schola Balistariorum, sive de arte Bombardaria* &c. Conjunctim quoque opera ejus aliqvot tomis distincta prodierunt.

22. Mart. GEORGIUS ACHATIUS HEHER, *Germanus*, Norimbergensis, J. U. Doctor, judicii Civilis in patria Assessor & Consiliarius, deinde Vice-Cancellarius Herbipoli, mox Cancellariæ bellicæ Director Ratisbonæ, iterum Consiliarius Norimbergæ, Comes Palatinus Cæsareus, tum Ducum Sax. Gothani & Vinariensis, nec non Principis Anhaltini, ad Pacis Tractatus Osnabrug. Legatus, demum Cancellarius Schvvartzburgicus. In Societate Fructifera der Mittheilende dictus, æt. 65. Ex Gallico in Latinum transtulit *Petri Matthæi Vitæ ac necis, ut & Vanitatis mundanæ tabulas memoriales, sermone ligatô.* Conscripsit & *Disputationem de Defensione necessaria.*

2. April. REINHOLDUS CURICKE, *Prussus*, Gedanensis, Reip. patriæ à Secretis, æt. 57. offic. 29. Concinnavit *Commentarium juridico-Politicum de Privilegiis: Tractatum de Secretariis, eorumq́ conditione & officio: Jus maritimum Hanseaticum:* Germanicè *Descriptionem Vrbis Dantiscanæ*, opus posthumum, curâ Filii, Dn. Georgii Reinh. Curicke editum.

27. April. CASP. SAGITTARIUS, *Germanus* &c. Vid. Tom. I. & adde *Paventationem M. Joh. VVedelii, Archidiaconi Jenensis: Poëma de Jona Ninevitas convertente: Ciceronis Philippicam XII. adjectis margini argumentis & schematismis Rhetoricis: Orationem ligatam in funere Francisci VVitzendorpii, Consulis Luneburgici: Primam Demosthenis Olynthiacam: Parænesim Poëticam ad trigam Fratrum Dithmarorum: Monita Scholastica: Euchologium metricum.*

11. Maji JOHANNES PFEIFFER, *Germanus*, Lobensteinensis Variscus, Philos. Magister, primò ConRector Geranus, deinde Pastor Langenbergensis, tum Concionator Aulicus Geranus, demum Archidiaconus,

conus, Consistorii Assessor, & Gymnasii Inspector. Typis exscribi curavit *Novam novorum historiam, per Joh. Cambilhonem revelatam: Concionem ex Proverb. XVI, 33: Conciones funebres.*

30. Jun. *JOACHIMUS DECHERUS, Germanus*, J. U. Doctor & Professor, nec non Consul Viadrinus. Præses ventilavit *Dispp. varias, ex quibus est ad Legem; Æmilius 38. D. de Minor: De injuris* &c.

6. Augusti *DAVID GROSSIUS, Germanus*, Mitweidâ-Misnicus, Phil. Magister, primùm Rector Neo-Brandenburgensis, Catecheta & Diaconus Paulinus, tum Diaconus ibidem Cathedralis, tandem Pastor & Inspector Neo-Soltquellensis, æt. 45. Formavit idiomate patriô *Exercitium pietatis*, & forsan quædam alia.

14. Octob. *JOH. SPINDLERUS, Germanus* &c. Vid. Diarii partem 1. & adde *Horologium Syriacum: Horologium Arabicum.*

12. Novemb. *JOH. NANSENIUS, Cimber*, Flensburgô-Slesvicensis, primò urbis Hafniensis Senator, dein Consul, novissimè Præses & Consiliarius Regius, æt. 69. Struxit *Compendium Cosmographicum Danicum.*

3. Decemb. *BALTHASAR KOPP, Germanus*, Lauchâ-Thuringus, Phil. Magister, primùm Conrector Islebiensis, tum ibidem Diaconus Andreanus, demum Pastor & Consistorii Mansfeldensis Assessor, æt. 73. Dedit *Catechismum Græcum Laurentii Rhodomanni observationibus illustratum*, & fortè alia.

18. Decemb. *JOH. CASPARUS LENTZIUS, Germanus*, Ratisbonensis, tam Reip. patriæ, quàm Marchionis Brandenburgensis Alberti Consiliaris, sæpe Legatus, Comes Palat. Cæsareus, tandem in patria Consul, æt. 38. Prelo subjecit *Consilium de Bello Turcico: Dispp. de Pisistratismo & Phalarismo: De Episcopali Audientia.*

21. Decemb. *REINHOLDUS CONDIT, Prussus*, Bartensteinensis, Senator Pelæopolitanus Regiomonti, æt. 63. Struxit *Speculum fidei politicæ, h. e. in quo genius humanus seu mores mundi, in specie Consiliariorum, Legatorum, Advocatorum & Palatinorum seu Aulicorum qualitates, artes, proprietates & decentiæ in propatulum redduntur.*

24. Decemb. *TORCHILLUS TULLIUS, Cimber*, Phil. Magister, Pastor primum Helsingburgensis, deinde Holmensis Hafniæ, tandem Concionator Aulicus. Scripsit *de Christi & nostra Resurrectione, ex I. Corinth. XV.*

IGNATIUS CIANTES, *Italus*, Romanus, ordinis Dominicani, Episcopus S. Angeli Lombardorum, æt. 73. Hujus extat *Ordinarium sacrorum Cæremoniarum in divino officio: Cæremoniale Ordinis Prædicatorum: Orationes plurimæ.*

CA-

CAROLUS CARAFA, *Italus*, Neapolitanus, Fundator Congregationis Piorum Operariorum Neapoli. Confecit *Commentarium de Germania sacra restaurata.*

ANNO 1668.

1. Febr. *SCIPIO PUBLICOLA DE S. CRUCE*, *Italus*, Romanus, Petræ Fortis Marchio, Academicus Fantasticus, Infæcundus, Intrecciatus & Humorista, hujusque Academiæ Princeps, æt. 52. Sparsim edita sunt ejus *scripta vinctâ solutaque Oratione, patrio sermone.*

8. Febr. *MICHAEL VVEBERUS*, *Germanus*, Laubenzelius, Phil. Magister, primùm Diaconus Lauffensis, deinde Norinbergensis, & Dispositor ad D. Sebaldi, æt. 75. Dedit forâs *Conciones funebres diversas.*

22. Febr. *ANDREAS CANCELLIERIUS*, *Italus*, Neapolitanus, Prior S. Laurentii, Visitator Provinciæ generalis, æt. 68. Emisit *sermonem sub auspiciis Congregationis suæ habitum.*

11. Mart. *SIGISMUNDUS PICHLERUS*, *Germanus*, &c. Vide partem primam. Ab eo etiam habentur *Dispp. de principiis Politicis in genere, deque jure divino: De jure Naturæ: De Honestate: De salute publica: De Liberalitate &c.*

17. Mart. *ANDREAS BONNICHIUS*, *Germanus*, Hannoveranus, Pastor primò Edesheimensis in ducatu Hanov. postea Kirchbergensis, in Ducatu Guelphico, tandem Pastor Northeinensis, æt. 52. Reliquit *Conciones funebres varias, ex Esaiæ XLIII: ex Sapient. IV. &c.*

10. April. *ABDIAS VVIDMARUS*, *Germanus*, Lemgoriâ-Westphalus, primùm Ecclesiastes Altorfii Nemet. deinde Neuhusii, tum Amstelodami, porro Gudæ, postea Theol. & Hebr. Linguæ Professor Hardevici, nec non Ecclesiastes ibidem, demum Theol. Doctor, ejusdemque Prof. Gröningæ, æt. 77. Prodire fecit *Orationem Inauguralem de Vrim & Thummim: Orat. de manifestatione Spiritus Sancti, sub specie columbæ: Pent. disput. de natura S. Theologiæ: Dispp. adversus Judæos, de vero Messia.*

26. Jul. *JOH. SVANINGIUS*, *Danus &c.* Vid. Diarii Biographici tomum primum.

9. Augusti *JOH. HORNEIUS*, *Germanus*, Helmstadiensis, Phil. Magister, primùm Physices Prof. Rinthelensis, deinde in Academia patria Histor. & Poëseos, demum Græcæ Linguæ Professor, æt. 44. Vulgavit *Metrophanis Citropuli, Patriarchæ Alexandrini, Confessionem Ecclesiæ Orientalis, versione Latinâ redditam: Disp. de potentia & actu.*

13. Au-

31. Augusti PETRUS MAGNI MAHLERUS, *Cimber*, Viburgensis, Communitatis Regiæ Hafniensis Præpositus, Phil. Magister, postea Pastor & Prof. Soranus, æt. 50. Dedit typis *Orationem de Jubilæo Hafniæ habitam.*

18. Novembr. FRIDERICUS GREIFIUS, *Germanus*, Tubingensis, Phil. Magister, Medicinæ Candidatus, Pharmacopæus in patria & Poëta, æt. 67. Ab eo habetur *Harmonia Evangelistarum: Devotiones Festivales: Hymni & Precationes: Psalmi Davidici 50: Cantica sacra: Septem selecta Medicamenta, è quibus præcipua est, Theriaca cœlestis.*

20. Novembr. AMADEUS ECKOLDUS, *Germanus*, Welsâ-Austriacus, juris Prof. Vid. part. primam. Habuit etiam *Dispp. de Tutela materna: De Furto earum rerum, quæ navis levandæ causâ ejiciuntur: De jure Accrescendi: De Antinomiis: De in jus vocatione sive citatione &c.*

26. Novemb. JACOBUS ROSENKRANTZIUS, *Danus*, Nobilis, Gundæi Filius, Holmiæ in Suecia exspirans. Luci concessit *Panegyricum Paci Belgicæ dictum: Panegyr. ad Fridericum III. Regem Daniæ: Laudationem funebrem Falconis Giöe.*

3. Decembr. FRIDERICUS BRUMMERUS, *Germanus*, Lipsiensis, J. U. Candidatus, æt. 26. Galliam peragrans in flumine L' Arberine, non procul à Lugduno, suffocatus est. Emisit *Exercitationem Historico-Philologicam de Scabinis: Commentarium ad legem Cinciam: Disp. De Locatione & Conductione: Onomastica varia Viro summo, Thomæ Reinesio, oratione prosâ ligatâq; annis 1661. sqq. dicta.*

14. Decemb. JACOBUS LE BLEU, *Germanus* &c. Vid. Diarii partem primam. Reliquit quoque *Dispp. De imperio Tyranni: De Rebellione: De jure Dominationis: De Lege & Evangelio: De Transitu exercituali: De Indiciis &c.*

24. Decembr. FRANCISCUS ROMANUS, junior, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, J. U. Doctor, Codicis in Acad. patria Prof. & Syndicus, Dicasterii supremi Assessor, Facultatis juridicæ Sub-Senior, Canonicus Martisburgensis, æt. 69. ~~Habuit~~ Præses *Dispp. de Potestate maritali: De Pignoribus ~~& Hypothe~~cis &c.*

MICHAEL STANCHIUS, *Italus*, Romanus, Med. Doctor, Academicus Assetatus ac Imperfectus. Prelo submisit *Opera scenica varia, sermone populari.*

GEORGIUS DE SCUDERY, *Gallus*, Portûs-Græcensis, Gubernator S. Virginis de la Garde. Is juris fecit publici *Comœdias XVI.* è quibus *Deceptor punitus: Vasallus generosus: Filius suppostititius: Princeps larvatus: Amator liberalis: Amor tyrannicus &c. Museum, sive versus super imagines: Epitaphium Cardinalis Richelii: Poëmata varia: Romam victam: Epistolas: Apolo-*

giam

giam pro Comædiis: Tom. II. fæminarum illustrium: Discursus politicos Regum: Cyrum magnum: Bassam illustrem; & quædam alia.

VALERIUS VALENTINUS DE MOLARIA, *Italus*, Romanus, Vaticanæ Basilicæ Beneficiatus. In conspectum produxit *Orationes duas de laudibus Vrbani VII. Pontificis Maximi.*

FABIUS CAPYCIUS GALEOTA, *Italus*, Nobilis Neapolitanus, Judex, Consiliarius regius, Advocatus Fisci, Regiæ Cameræ Præses Madritis primùm, mox Neapoli, æt. 73. in Apulia. Scripsit *de Officiorum ac Regalium prohibitis, sive de Principis auctoritate, commutatione & alienatione, eorumq; restricta successione, & ad Dominum reversione Consilium: Tomos duos controversiarum in Jure illustrium: Responsa Fiscalia maximè selecta.*

ANNO 1669.

17. Febr. HIERONYMUS SCHULTHEIS, *Germanus*, Norinbergensis, Phil. Magister, in Patria ad D. Sebaldi Diaconus, demum Dispositor, æt. 69. minist. 40. Vulgavit *Conciones aliquot funebres ex Psalm. LXXIII, 25. 26: ex Rom. VIII. 18. &c.*

23. Febr. LEO AB AITZEMA, *Belga*, Frisius, Poëta & Historiographus. Composuit *Historiam Pacis & Belli in Belgio ab anno 1621. tomis XIV: Leonem pugnantem in bello Belgico: Historiam de Pacificatione & Fæderibus: Poëmata juvenilia.*

11. Mart. ALOYSIUS DE S. SEVERINO, *Italus*, Eques Neapolitanus, Princeps Bisinianus, Comes Saponariæ, J. U. Doctor, Philos. & Theol. æt. 83. Luci exposuit *Considerationes spirituales: Libellum de Oratione, ex variis S. S. Patrum doctrinis collectum, partibus tribus: Collectanea, sive Catenam S. S. Patrum in Evangelium Marci: in Evangelium Matth.: in Evangelium Lucæ: in Evangelium Johannis: in Acta Apostolorum: in Psalmos Davidis, tomis tribus.*

19. Mart. CHRISTIANUS URNE, *Danus*, Nobilis, in prædio Aaleholm Lollandiæ natus, æt. 41. Exaravit *de ratione status orationem.*

20. Mart. JOH. FRIDERICUS HEILBRUNNERUS, *Germanus*, Sultzburgo-Badensis &c. Vid. Partem I. & adde; Theol. & Ling. Hebrææ in Gymnasio Durlacensi Professor, æt. 40.

22. Mart. SIMON KEXLERUS, *Svecus* &c. Vide partem Diarii hujus primam, & adde *Arithmeticam Vulgarem contractam cum Logistica denaria & sexagenaria.*

27. April. STEPHANUS BÖNERUS, *Germanus*, Phil. Magister, Bayreuthi primùm Scholæ Præceptor, dein

Ecclesiæ Mistelbacensis Pastor, porro Diaconus Bayreuthinus, demum ibidem Concionator Aulicus & Superintendens, æt. 70. minist. 39. Reliquit *Conciones aliquot funebres typis expressas.*

16. Maji REINERUS ANSLO, *Belga*, Poëta celebris, æt. 43. in Peruvia. Exaravit *Poëmata patriô sermone.*

21. Jun. JOH. HENRICUS RISIUS, *Germanus*, Gebrothano-Sponheimensis, Phil. Magister, primùm Pastor Gailnaviensis, deinde Con-Rector Rotenburgensis, tum Poëta Laur. Cæsareus, post hæc Pastor Wettringanus, inde Diaconus Rotenburg. tandem Pastor & Superintendens Hatzfeldensis, æt. 73. Concinnavit *Horatium Christianum: Eclogas Virgilio-Christianas: Precationes & carmina super exercitia pietatis D. Joh. Gerhardi: Tubam pacis carmine cancrinô concentam, & Epigrammata.*

5. Septemb. JOH. MULENIUS, Georgii Filius, *Danus*, Fionicus, Otheniensis, designatus Eloq. Professor Soranus, postea Tribunalis Regii & Collegii Cameræ Assessor, atque Communitatis Regiæ Oeconomus, æt. 65. Posteritati tradidit *Numismata Danorum: Catalogum Bibliothecæ instructissimæ*, quam Academiæ Hafniensi legavit.

7. Septemb. HENRICUS GYLDENSTIERN, *Danus*, Nobilis, in prædio Cimbriæ Wosborg natus, Commissarius Provincialis Scaniæ, æt. 75. Ab eo habetur *Sirach, versibus Danicis.*

28. Octob. BALTHASAR MARSCHNER, *Germanus*, è confiniis Misniæ & Lusatiæ, primùm Diaconus Schluconaviensis in patria, pòst Gamicensis, aliorum item locorum Pastor, tandem Conc. Aulicus Schönburgensis, Past. Hartensteinensis, & Superintend. Waldenburg. Adjunctus, æt. 64. In publicum emisit *Tractatum de Communicatione sub utraque, contra Pontificios: Alium de Purgatorio, contra eosdem: Concionem sacram de Pace. &c.*

12. Novemb. CHRISTIANUS DE CORT, *Belga*, Pastor ad D. Johannis apud Mechlinenses. Edidit belgicè Librum, cujus est titulus; *Lux mundi, de vera peregrinatione Antoinettæ Bourignon ad terram perpetuam.*

13. Novemb. JOH. BUCELLENUS, *Italus*, Brixiensis, S. J. Eloq. Professor, Domus Probationis ad S. Annæ Rector Viennensis, deinde Collegiorum Posonii & Cassoviæ, & demum totius Provinciæ Austriæ Præpositus, æt. 69. soc. 52. Exire fecit *Officinam Epithetorum Appellativorum & Nominum Propriorum: Christophori Borri relationem de Cocincina: Achillis Gagliardi Compendium Christianæ perfectionis: Martini Roa de statu Animarum Purgatorii: Meditationes de Passione Christi: Cæcum Hierichuntinum: Asceticarum considerationum tomos*

mos quinque: Vincentii Carafæ fasciculum Myrrhæ, de quinque Christi vulneribus: Francisci Cerealis ideam sacerdotum &c.

DAVID VECHNERUS, *Germanus*, Silesius, Ecclesiæ Gorlicensis Pastor primarius, & Gymnasii ibidem per XLV. annos Rector, æt. 75. Condidit *Universæ Germaniæ breviarium.*

DOMINICUS DE MARINIS, *Italus*, Romanus, Ordinis Prædicatorum, Phil. & Theol. Professor, ordinis sui Vicarius generalis, demum Archiepiscopus Avenionensis. Typis subjecit *Decreta Diæcesana Synodi Avenionensis an. 1650. celebratæ: Commentaria IV. in Summam Theologiam Angelici Doctoris, S. Thomæ.*

JOH. SCHMIDELIUS, *Germanus*, Lipsiensis, J. U. Doctor, hujusque in Academia Erfurtensi Professor. Elucubravit *Dissertationes in Examen juridicum Bernhardi Schottani: Notas & animadversiones in Marci Zuerii Boxhornii dissert. Polit. de imperio Romanorum: Dispp. de Desponsationibus illustrium: De Fœderibus: De origine gentis ac regni Hungarici: De supplicio crucis: De consensu imperii & obsequii in Rep. Romano-Germanica: De jure in re: De jure Armorum & Armandiarum: De Conatu: De Antichresi &c.*

ALEXANDER CONSEDENTIUS, *Italus*, Romanus, primò Clericus Regularium minorum, mox Canonicus secularis S. Georgii in Alga, æt. 75. Formavit sermone populari *Theatrum inscriptionum sacrarum, moralium & Academicarum: Tractatum de dignitate Matris Dei, & coronam gemmarum, quibus Regina cœlorum fulget in cœlis.*

CHRISTIANUS WILLIUS, *Germanus*, Smalkaldensis, Phil. Magister, primùm Diaconus, deinde Pastor & Superintendens Coldizensis, æt. 85. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

ANNO 1670.

1. Mart. JACOBUS WESTERBAAN, Dominus à Brandtvvyk, *Belga*, Batavus, æt. 69. Scripsit idiomate patriô *Poëmata varia, ut de Stultitiæ laude: Scholam vespertinam: Versus amatorios: Psalmos sive Cantilenas pro nupturientibus &c. Opera ejus omnia tribus tomis prostant.*

14. Junii QUIRINUS SCHACHERUS, *Germanus* &c. Vide Diarii Biographici partem I. & adde; *Dispp de Legitimatione per subsequens matrimonium: De Traditione: De Conceptione actionum propter res: De probationibus judicialibus: De nomine & causa: De subinfeudatione &c.*

1. Augusti BURCHARDUS BERLICHIUS, *Germanus*, Frauen-Preisnicensis Saxo,

xo, J. U. Doctor, primùm Lipsiæ Senator & Oppidanus judex, deinde Consiliarius & Secretarius Cameræ Electoralis Saxoniæ, Comes Palatinus Cæsareus, æt. 66. Emisit *Tractatum de jure Novercarum: De conditione furtiva, & de justitia: De æqualitate collectarum: Synopsin juris: Commentarium super Constitutiones criminales Caroli V.*

28. Octob. *MARCELLUS MARCIANUS, Italus*, Neapolitanus, Consiliarius regius, & in supremo Consilio Italiæ Præses. Evulgavit italicè *Duo volumina Consiliorum legalium, sub titulo; Otia.*

16. Decemb. *JOH. MEIERUS, Germanus*, Ulmensis, Rector primò Nordlingensis, deinde in Gymnasio patrio Con-Rector, demum Rector, Hist. & Eloq. Professor, æt. 71. Struxit *Vocabularium Latinum, secundum seriem materiarum digestum: Promptuarium sententiarum ex sacra Scriptura: Disputationes varias.*

MATTHIAS DE MORGUES, Gallus, Dominus de S. Germain, Mariæ de Medicis Eleemosynarius, æt. 88. Scripsit Gallicè *Historiam Ludovici XIII: Sermonem panegyricum de S. Josepho: Vitam Isabellæ Claræ Eugeniæ, Infantis Hispaniæ.*

CASP. ALVERUS, Italus, Romanus, Antiquarius. Posteris concessit linguâ populari *Romam in omni statu, partibus duabus; Ideam Geographiæ universalis.*

ANNO 1672.

1. Januar. *MARTINUS PETRI CHEITOMÆUS, Danus*, Hafniensis, Phil. Magister, Pastor Hyllestediensis, æt. 47. Ab eo habentur *Græco-barbara Novi Testamenti, quæ Orienti originem debent: Vera sanctificatio Sabbathi.*

12. Feb. *CHRISTOPHORUS SCHORERUS, Germanus*, Memmingâ-Suevus, Medicinæ Doctor, in patria Physicus, Principis Mompelgardiensis, Ducis Wurtenbergici & aliorum Archiater, æt. 53. Præter *Calendaria quotannis edita*, formavit quoque *Discursum de magna conjunctione an. 1634: De corruptione Linguæ Germanicæ libellum: De Cometa & Terræ motu annô 1652: Dissert. de re scholastica: De Musica addiscenda: Consilium de cavenda apoplexia: Medicinam peregrinantium: Regulas vitæ: de Peste: De eclipsian. 1654: Chronicon Memmingense: Sepulcralia Memmingensia.* Sub peregrino nomine, *Discursum de saltatione: De corruptelis maritorum &c.*

27. Feb. *CLAUDIUS JANI WARDBERGIUS, Danus*, Hallandus, Phil. Magister, Pastor Ecclesiæ Rasted in Lollandia, & Præpositus Mosensis,

sis, æt. 61. Emisit *Compendium Theologicum, ex S.S. & optimis Theologorum scriptis concinnatum: Amorem amoris.*

5. April. JOH. PETRI CALUNDANUS, *Danus*, Philos. Magister, Scholæ patriæ Rector, æt. 66. Ei debetur *Compendiosa Linguæ Hebrææ delineatio: Descriptio vitæ & mortis Nicolai Kasii: Prosodia.*

7. Maji PETRUS STOCKMANNUS, *Belga*, ICtus, æt. 63. Extant ejus *Decisiones Curiæ Brabantinæ: Tractatus de jure devolutionis: Deductio, non esse jus devolutionis in ducatu Brabantino.*

20. Maji ANDREAS HENRICUS BUCHOLTZIUS, *Germanus* &c Edi curavit præter alia, in prima Diarii parte alligata scripta, *Conciones funebres ex Psalmo XXV, 17. 18: ex Psalm. XLII, 8. sqq: ex Sapient. IV, 7. 8. 9: ex Psalm. XVI, 5. 6: ex Psal. XVIII, 2. 3. 4: ex Jerem. XXXI, 20: ex II. Corinth. IV, 9. 10: ex Psalmo LXXIII, 25: 26: ex Psalmo XC, 8. seqq: ex Esaiæ LIII, 4. 5. 6: ex II. Timoth. IV, 7. 8: ex Psalm. LV, 23: ex II. Timoth. IV, 18: ex Psalm. CXVI, 7. 8. 9: ex Ezech. XXXVII, 1. 2: ex Matth. XXIV, 45. 46. 47: ex Matth. XXV, 21: ex Psal. LXVIII, 20. 21: ex Sapient. III, 1-5: ex Rom. IIX, 31. 32: ex I. Timoth. I, 15: ex Job. XIX, 25. 26. 27: ex I. Joh. II, 11. 12. &c.*

31. Maji JOH. SCHUBELIUS, *Germanus*, Campidonensis, ex Abbate Hirsvviensi, supremus Aulæ Wurtenbergicæ Ecclesiastes, æt. 65. Edidit *Conciones aliquot sacras*, aliaque, quæ suô tempore plenius enumerabimus.

1. Jul. ANDREAS COLVIUS, *Belga*, Dordracenus, æt. 71. Collegit *Doctorum Virorum Epistolas manu ipsorum scriptas.*

19. Augusti CASPARUS SCHMIDIUS, *Germanus*, Tzschopâ-Montanus, Phil. Magister, Templi Oppidani Wittenbergæ Diaconus, æt. 72. Typis subjecit *Astrologiam Catecheticam: Apologiam Catecheticam: Lumen Spirituale, pro Patrinis & irrisoribus S. Cœnæ, cum explicatione de ceremoniis ecclesiasticis: Perspectivam Turcicam, sive Conciones III. ex Dan. VII. de religione & bello Turcarum: Hierosolymam VVittenbergensem, sive Conc. VIII. in quibus VVittenberga cum Hierosolyma comparatur: Virgam Dei ignitam, conc. tres de Pœnitentia &c.*

20. August. MATTHIAS MILONIUS, *Suecus*, Nobilis cognomentô BIÖRNKLAU &c. Vid. partem Diarii nostri primam. Prodierunt nuper *Tabulæ* ejus *in Hugonis Grotii de jure belli ac pacis libros.*

5. Octob. CHRISTIANUS LYSERUS, *Germanus* &c. Conf. pars prima. Confecit quoque *Dispp. de jure monetarum: De ἀδυναμίᾳ virium hominis irregeniti in spiritualibus.*

10. Octob. MELCHIOR POLISIUS, *Germanus* Gurâ-Silesius, Phil. & Med. Doctor, per XXXV. annos Med. in Academia Francofurtensi ad Oderam Professor, & tandem Seni-

or, æt. 71. Reliquit *Dispp. aliquot Medicas e. g. de venæ Salvatellæ sectione &c.*

10. Novemb. JOH. CONRADUS MOHR, *Germanus*, Mœno-Francofurtanus, in patria Linguæ Gallicæ & Teutonicæ Pastor, æt. 66. Vulgavit *Conciones VI. nuptiales allegoricas: Trifolium Petrinum, sive Conc. tres nuptiales, ex Genes. XXV, 1. Psalm CXXVIII, 1. & Genes. XLI. 45: Conc. aliquot funebres.*

21. Novemb. MICHAEL WENDLERUS, *Germanus* &c. Vide partem primam. Dedit etiam *Dispp. de Pietate: De Nobilitate: De Comitate: De magno Judæorum synedrio &c.*

9. Decemb. PETRUS REHEBENDER, *Germanus*, Lüneburgensis, Theol. Doctor, Pastor & Superintendens in patria. Ejus habetur *Dispp. Inauguralis de Calvinismo irreconciliabili.* Operam insuper suam diversis addixit libris, nomine Ministerii Lubecensis, Hamburgensis & Lüneburgensis, in publicum emissis.

12. Decemb. VOBISCUS FORTUNATUS (malè Franciscus) PLEMPIUS, *Belga*, &c. Vide Diarii hujus partem 1, & adde; æt. 70. Luci exposuit *Libros VI. de fundamentis Medicinæ: Ophthalmographiam, sive tractationem de oculi fabrica, actione & usu: Versionem & scholiam ad 1. & 2. librum Canonis Avicennæ: Epistolas duas medicas, ad Casp. Hoffmannum de affectibus Capillorum & unguium: Animadversionem in veram praxin curandæ tertianæ à D. Petro Barba propositam: Munitionem fundamentorum Medicinæ adversus Jacobum Primerosium: Comment. de Togatorum valetudine curanda:* Belgiè *Tractatum de Musculis: Anatomiam Cabrolii versam & annotationibus auctam.*

28. Decemb. JOH. FRIDERICUS GRONOVIUS, *Germanus &c.* Vide tomum nostrum primum, interq; ejus scripta appone *Notas & emendationes ad A. Gellii Noctes Atticas, opus posthumum.* Ad lib. IX. solummodo pervenit, morte prohibitus.

HYACINTHUS GILIUS, *Italus*, Romanus, Rhetor, Poëta, Philosophus & J. U. Doctor. Tenacissima præditus fuit memoria, adeò ut quæcunque legebat audiebatque in ejus memoria jugiter insideret, sed sex ante obitum menses, omnem perdidit memoriam & cæcus anno 1661. omninò evasit. Exaravit *Chronologiam Romanam libris sex: Fastos Capitolinos: De Magistratu Romano: Poëmata varia: Elogia Pontificum Romanorum: Preces pro hora mortis* &c. Italicè.

ANNO 1672.

22. Januar. ERICUS BREDALINUS, *Danus*, Rudcopiâ-Langelandus, Phil. Magister, Pastor Christian-hauniensis primus, inde Nidrosiensium in Nor-

Norvegia per XXX. annos Episcopus. Evulgavit linguâ patriâ *Biblica cantica: sermonem parentalem in obitum M. Petri Skelderup, sui in Episcopatu Antecessoris.*

8. Jan. PETRUS SEGUIER, *Gallus*, Consiliarius & Cancellarius Regis Galliæ, æt. 83. Is, ut conjicio, emisit *Epistolam super dubiis quibusdam ad nummos familiarum Rom. Ursini spectantibus: Aliam de nummo Britannico: Numismata antiqua observationibus illustrata.*

Februar. JOH. MÜLLERUS, *Germanus*: Rostochiô Megapolitanus, J. U. Doctor & Professor Hafniensis: inde Consul Flensburgensis. Scripsit *de Actionibus rerum in navem vel diversorium receptarum nomine competentibus: Dispp. Feudales sex.*

28. Feb. OCTAVIUS BAMBACARIUS, *Italus*, Neapolitanus, J. U. Doctor, in supremis regni hujus Tribunalibus Advocatus primarius. Dedit luci *commentaria Feudalia ad tit. si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnatos Vasalli.*

16. Mart. MICHAEL FRIDEBORN, *Germanus*, Stetinensis, primùm in Dicasterio Pomer. Regio Referendarius, deinde Secretarius Statûs, tum Assessor Dicasterii Gryphisvvaldensis, demum in summo Wismariæ Tribunali Assessor, & Appellationis Consiliarius, æt. 60. Ejus est *Panegyricus in Christinam, Sueciæ Reginam.*

20. Mart. CHRISTIANUS JOHANNIS, *Danus*, Scanus, Lundensis, Phil. Magister, Rector Scholæ Othoniensis, deinde in Regio Gymnasio ibidem Græcæ Linguæ Professor, æt. 76. prof. 44. Effecit *Syllabum Lemmatum Mathematicorum, in primis de doctrina Eclipsium: Dissert. de peccato Originali.*

30. Mart. GOTTLIEB PELARGUS, *Germanus*, Marchicus, primùm Eloq. Prof. deinde Theol. Doctor ejusdemque in Academia Francofurtana ad Oderam in utraque sparta per XXXVI. annos Professor. Conscripsit *Orationem in Electoris Brandenb. Friderici VVilhelmi, & Dorotheæ, Duc. Brunsvicensis, nuptiis: Dissp. de Verbo Dei non scripto: De Ecclesia invisibili: De Sacramentis in genere: De Sacra Cœna: De meritis &c.*

11. April. LAURENTIUS CHRISTIANI VELLEIUS, *Cimber*, Vedelensis, Phil. Magister, Ecclesiæ D. Canuti Othoniensis Pastor primarius, & Vicinarum Præpositus, æt. 47. minist. 15. Prelo commisit *Conciones funebres ex Apoc. XIV, 13: ex Psalmo XC, 12: ex Ezech. XXIV, 15. 16. 17.*

2. Maji MAURITIUS KÖNING, *Danus*, Theol. Professor in Academia Hafniensi, pòst Episcopus Aalburgensis. Ab eo habetur *Dissertatio de rerum principiis & mechanica Seminum: Liturgia: Veræ Religionis demonstratio: Apparatus, sive introductio ad Locos Communes Theologiæ.*

27. Maji JOH. ARNOLDUS FRIDERICI, *Germanus* &c. Vid. primam Diarii hujus

jus partem, & adde *Dispp. de Hydrope tympanite: De imbecillitate ventriculi: De renum & vesicæ calculo: De Apoplexia &c.*

31. Jul. JACOBUS BATALERIUS, *Belga*, Verbi divini apud Remonstrantes Minister Hagæ Comitum, æt. 78. Scripsit *Dissertationem de Israëlitarum conversione: De Jacobi electione & Esavi rejectione, in Rom. IX: Vindicias miraculorum, contra profanum autorem Theologico-Politici &c.*

29. Decemb. GEORGIUS LEUSCHNERUS, *Germanus*, Colditiensis, Phil. Magister, scholæ patriæ per LV. annos, & quidem sine Substituto, Rector, æt. 84. Ejus superest *Helenodia Lutherana, vel Cantiones Græcæ: Fasciculus Cantionum Lutheranarum Hebraicè redditarum: Anacreon Christianus rythmicus, sive Canticum Canticorum Græcô-Anacreonticô carmine traductum: Loci Theologici compendii Hutteriani Poëticè: Analysis Logica ejusdem compendii perpetuis tabulis comprehensa.*

CLAUDIUS KLOOTH, *Suecus*, Consul Venersburgensis. Vulgavit *Synopsin causarum criminalium: Processum criminalem, ad jus & forum Suecicum potissimum accommodatum: speculum jurisprudentiæ sueciæ libris quatuor, cum appendice, quomodo quis se erga Deum, proximum ac semet ipsum gerere debeat?*

ANNO 1673.

4. Mart. JOH. JACOBUS FABRITIUS *Germanus*, Lehnephiâ-Bergensis prope Coloniam Agrippinam, Pastor primùm Zvvolensis, deinde Schvvelmensis, demum Sultzbacensis æt. 55. Amstelodami. Edidit linguâ vernaculâ *Ægyptum induratam: Libellum de Regeneratione sive genuina Pœnitentia.*

19. Mart. JOH. MATTHIAS STUMPFIUS, *Germanus*, Baruthinus, Philos. Magister, primùm Scholæ patriæ Rector, post Ecclesiæ ibidem Diaconus, demum Archidiaconus, & in Gymnasio Theol. moralis Professor, æt. 46. Vulgavit *nonnullas Dissertationes & Conciones.*

2. April. ANDREAS RETHERUS, *Germanus* &c. æt. 72. offic. ferè 50. Vid. Diarii Biographici partem primam ad an. 1674. circa finem.

15. Jun. JOHANNES ZOEGA, *Danus*, Hafniensis, Scholæ Viburgensis Rector, Phil. Magister, tum Logicæ & Metaphys. in Academia patria Professor & Canonicus Capituli Londinensis in Scania, demum Theol Doctor, æt. 65. Reliquit *Dispp. varias Logicas & Metaphysicas de Ente Rationis: De quarta figura &c. Inauguralem de Purgatorio & causa peccati.*

7. Jul. BONAVENTURA REHEFELD, *Germa-*

Germanus, Kitscherensis Misnicus, Phil. Magister, primùm Archiepiscopi Bremensis, deinde Regis Daniæ Concionator Aulicus & Præpositus Pinnebergensis, tum Præpositus Hatterslebiensis & Consistorii Regii Director, demum per Ducatum Slesvicensem Superintendens Generalis, æt. 63. minist. 27. Exaravit *Theologiam Catecheticam: Vindicias Evangeliorum, Pontificiis Ingolstadiensibus, B. Lutherum & Evangelicorum Ecclesiam dogmatis Anti-christiani malitiosissimè accusantibus oppositas: Pietatem domesticam, sive Conciones sacras Latinè & Germanicè: Conc. funebres varias.*

8. Augusti JOH. GEORG MOLIGNANUS, *Italus*, Aquavivanus, Nobilis, J. U. Doctor & Historiographus. Typis subjecit *Problema sacrum de S. Anna: Historiam Civitatis Aquavivæ in Japygia, de ejus origine, antiquitate, virisque tam armis, quàm literis illustribus.*

11. Novemb. CONRADUS CHRISTOPHORUS A KÖNIGSMARCK, COMES Westervvickii & Stegeholmii, Dynasta in Rotenburg & Nienhaus &c. Fortissimus Heros in oppugnatione Civitatis Bonnæ interemptus est. Adornavit juvenis typisq; subjecit *Orationem in Christinæ, Svecorum Reginæ, natalem XXVII. in Academia Argentoratensi habitam.*

30. Novemb. JOH. LEONHARDUS ERISCHIUS, *Germanus*, Norimbergensis, Philos. Magister, ad D. Ægidii in patria Pastor. Emisit Χιονολογίαν *sive Homiliam de Nive, ex Psalmo CIV, 13.*

31. Decemb. CHRISTOPHORUS PHILIPPUS RICHTERUS, *Germanus* &c. Vide Tomum primum, & adde *Dispp. de Legatis: De quasi usufructu: De bona & mala Fide, quatenus spectatur in perceptione fructuum: De jure Retractionis: De Appellationibus: An transactione vetus actio exstinguatur? De Retorsione injuriarum: De justa mortuorum sententia in proprium sanguinem: De Libellis &c.*

GENNARUS MARIA D' AFFLICTO, *Italus*, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, Theol. Lector, Philosophus, Historicus, Poëta, Johannis, Ducis de Austria, Mathematicus. Prodire fecit *Libros duos de Munitione & Fortificatione: Miscellanea Theol. Philosophica, Prædicabilia: Poëmata.*

FRANC. CURTIUS, *Italus*, Neapolitanus, Theol. Doctor, Abbas, Canonicus & Concionator in patria. Prostant ejus *Panegyrici sacri: Christus judex, Tragædia.*

MICHAEL A LANKISCH, *Germanus*, Zittaviensis, primùm Pastor in Gros-Schönau, deinde in patria Archidiaconus, in Societate Cygnea dictus Strephon. Delineavit germanicè *Querelam & Medelam Conscientiæ vulneratæ: Cor pulcrè politum & SS. Trinitati dicatum: Libellum de Va-*

nitate lusus: De incantatione Diabolica: Conciones Nuptiales: Pœnitentiales: Passionales, sive Conc. VIII. in Esaiæ LXVIII: Quinque dolorosa amoris flumina, sive vulnera Christi: Conciones XV. in Psalmum XXII.

JOH. PETRUS CATALONUS, *Italus*, Romanus Vaticanæ Basilicæ Canonicus, Academicus Humorista, Orator & Poëta. In epitomen redegit ediditque *Sfortiæ Pallavicini Historiam Concilii Tridentini.*

ANNA MARIA SCHVVENDENDORFFIA, Germana, Lipsiensis, Consulis filia, Nobili cuidam à Wolffransdorff desponsata, sed ante nuptias denata. Vulgavit librum germanicum, cujus est titulus; *Devota animi suspiria.*

MICHAEL ANGELUS LUALDUS, *Italus*, Romanus, Canonicus S. Marci de Vrbe. Nomen suum transmisit ad posteros, edendo Italicè *Origines Religionis Christianæ in Occidente, seu Historiam Ecclesiasticam tomis duobus: Indiam Orientalem subjectam Evangelio: De vera Religione ab Adamo incepta, & in Sacrificiis continuata, narrationem historico-Theologicam: Mundum Christianum visibilem & invisibilem, Theologicè & Historicè consideratum: Missam explicatam: Carmina Latina sparsim edita.*

RUDOLPHUS GÜNTHERUS KIESEVVETTER, *Germanus*, Serveſtâ-Anhaltinus, primùm in Aula Mitaviensi Ducissæ Curlandiæ, deinde Dantisci Ecclesiæ Reformatæ Pastor, æt. 54. Adornavit *Prosopopoeiam justitiæ & veritatis ab altera; altera verò parte pacis ac misericordiæ divinæ, lapsum atque reparationem hominis adumbrantem, carmine Heroicô: Conciones funebres in obitum Vladislai Ludovici Friderici, Ducis Curlandiæ, ex Sapient. IV, 13-16: Christianæ sophiæ, Ducissæ Curland. ex Esaiæ XL, 6. 7. 8.* Plures alias typis expressas reliquit Conciones, quas alibi paulò uberius adducemus.

ANNO 1674.

20. Februarii JACOBUS FABER, *Danus*, Nicopiâ-Falstrius, Phil. Magister, Pastor primùm Skeviensis in Cimbria, deinde Hafniensis ad D. Virginem, æt. 52. Delineavit *Imaginem summi sacerdotis Josuæ, Johannis Suaningii Archiepiscopi memoriæ consecratam.*

22. Febr. JO. CHAPELAIN, *Gallus*, Consiliarius Regis, Poëta inclutus, æt. 79. Scripsit *Odas in natalem Comitis de Dunois: Super obitum Cardinalis Richelii: Ducis d'Anguien: Cardinalis Mazarini: Paraphrasin in Psalmum Miserere: Poëmata funebria, & alia varia.*

7. Mart. HENRICUS LEMCHEN, *Germanus*, &c. Vid. Tomum I. Paravit quo-

quoq; *scholam Calvinianorum reformatam.*

17. Mart. THOMAS STEGERUS (malè ÆGERUS) *Germanus* &c. Conf. Diarii hujus partem primam.

24. Mart. *JOSEPHUS CAMPANILE*, *Italus*, Neapolitanus, è Principatu ulteriori, Poëta Satyricus. Prelo expressit *Dialogos morales: Literas: Notitiam de Nobilitate: Varia in prosa.*

24. April. *JOH. FRENTZELIUS*, *Germanus*, Annæbergensis &c. æt. 65. Conf. Partem hujus Diarii primam.

9. Maji *JOSEPHUS STAGNARUS*, *Italus*. Neapolitanus, Ordinis Dominicani, Theologus & concionator. Dedit *scripta quædam Theologica & Conciones.*

24. Jun. SIMON ERFFURTH, *Germanus*, Weissenfeldensis Misnicus, Phil. Magister, in patria Archidiaconus & Senior, æt. 71. minist. 42. Vulgavit *Singularia VVeissenfelsensia: Conciones funebres.*

16. Septembr. *JOH. BOTSACCUS*, *Germanus* &c. Vide primam Diarii nostri partem, & adde *Dispp. de Lege & mandatis Domini: De propositione; Caro Christi est vivifica: De Pontifice Romano, quod in fide errare possit, & erraverit: De quæstione; an Christus bis in Cœlum ascenderit? De Aris & Altaribus: De Oratione: De Apparitionibus spirituum & Animarum: De abusu humanæ rationis atque intelligentiæ in causis Fidei: De innocentia Lutherana in causa hæreseos, eidem à Guil. Amesio impactæ: De cordis humanæ anatome, ex Genes. VIII, 21: De religiosa carnis Christi cum λόγῳ adoratione: Exegesin dicti II. Thim. II, 8: Scrutinium Scripturæ sacræ: Patrologiam, ex Matth. XVI, 18: Evangelium primum, de semine mulieris, ex Genes. III, 15: Dispp. quinque ex Jacobi II, 14. ad finem.*

27. Septemb. ROBERTUS ARNAULD, Dominus d' Andilli, *Gallus* &c. Vide partem 1. & adde; Consiliarius Regis, Dn Pompone, Secretarii Statûs, Pater. Traduxit quoque *S. Augustini Confessionum libros XIII.* in linguam Gallicam.

25. Octob. *JOH. BONA*, *Sabaudus* &c. Vid. partem 1. Ejus quoque est *Via compendii ad Deum: Principia & documenta vitæ Christianæ.* Scripta ab eo habentur hodie in Gallicam, Italicam, Belgicam, Germanicam, Hispanicam, Armenicam, Arabicam, Græcam linguas translata.

12. Decemb. *JO. OTTO FABER*, *Germanus* &c. Conf. primam Diarii hujus partem, & adde; primùm in patria Syndicus & Advocatus, inde Professor &c. Cancellarius & Consiliarius Megapolitanus, postremò incola Mæno-Francofurtensis & privatus. Reliquit pariter *Tractatum de civili Pœnitentia & mutatione voluntatis: Amatorium, de arte animos hominum conciliandi libellos quinque: Dispp. de causis Resp. corrumpentibus: De officio judicis.*

18. Decemb. N. DE L' ISOLA, *Baro*, Cæsareus

Cæsareus ad Regem Hispaniæ & Ordines Hollandiæ Legatus, obiit Viennæ. Formavit, tacitô nomine suô, Gallicè *Clypeum Status & Justitiæ contra manifestè revelatas machinationes de universali Monarchia, sub inmani prætextu de jure quodam Reginæ Galliæ.*

21. Decemb. AUGUSTUS HAUPTMANNUS, *Germanus*, Dresdensis, Chymiæ & Medic. Doctor, in utraque Practicus, æt. 67. Ejus est *Dissertatio de Fide Errores Viticulturæ: de Thermis VVolckensteinensis tractatus: Disputatio inauguralis de calculo humano: Epistola præliminaris tractatui de viva mortis imagine mox edenda, sacrata: Sciographia nova artis chymiæ &c.*

ANNA MEDUM, Matrona nobilis in Prussia Electorali, nupta Judæo, quem convertit. Publicos sæpe habuit conciones. Incudi feci Amstelodami apud Hen. Betkium tractatum germanicum, cui titulus: *Balsamum Christiano-Judaicum.*

HENRICUS PHILIPPUS HEERVVART, *Germanus*, Jsenacensis, Theol. Doctor, Visitator Ecclesiarum & Scholarum extraordinarius, nec non Consistorii Assessor, deinde Pastor Eischlebensis, ac Inspector Ichterhausensis & Wachsenburgensis, tum Gothæ Inspector & Consiliarius Ecclesiasticus, adhæc Superintendens Bitterfeldensis, demum Pastor Grossen-Saldensis, æt. 40. Scripta ejus sunt *Scrutinium Philologicum ex Glassio: Introductio ad Lectionem Biblicam: Oratio de Passione Domini: Parentatio Poëtica in obitum D. Justi Feurbornii: Dispp. de Messiæ adventu: de Messiæ miraculis: De raptu Pauli in tertium Cœlum.*

PAULUS DE RUBEIS, *Italus*, Romanus, Advocatus, Mathematicus, æt. 66. Edidit *Tractatum de Testamentis: Tract. de validitate legali: Volumina XVI. decisionum S. Rotæ Romanæ, cum annotationibus.*

ERICUS GABRIELIS EMPORAGRIUS, *Suecus*, primùm Phys. Prof. Upsaliensis, deinde Theol. Doctor & Concionator Aulæ Regiæ Urbiq; Holmensis primarius, tandem Episcopus Stregnensis. Elaboravit *Admonitionem consolatoriam ad obeundam piô & intrepidô animô mortem: Dispp. Hexiologicas: Orationum Holmiæ habitarum trigam: Disputationes de rerum duratione & tempore physico: De forma substantiali corporis naturalis: De bonis Renatorum operibus: De Disciplina ecclesiastica: in tria capita Geneseos: De dogmatum atque controversiarum Religionis ac Fidei norma atque regula:* Suecicè *Orationem nuptialem in actu copulationis Christiani Augusti, Comitis Palatini ad Rhenum, cum Amalia, Comitissa Palatina, habitam: Catechismi Lutheri explicationem: Conciones funebres ex Sirac. II, 1.-11: ex Jobi I, 21. 22: ex Job. V, 17: ex Dan. XII, 3: ex II. Timoth. IV, 6. 7. 8: ex Psalmo XLII, 7-10: ex Psal. LXXIII, 23-26: ex Jobi I, 18-23: ex Apoc. XIV, 13: ex Job. XIX, 25: ex Apoc. III, 10.*

III, 10. 11. 12: ex Psal. XXVII, 8. 9: ex Esaiæ LVII, 1. 2: ex Apoc. XXII, 17-22: ex Es. XL, 6. 7. 8: ex Job. XIX, 25. 26: ex Psalmo XXVII, 5. 6: ex Psal. XLII, 1-7: ex II. Chronic. XXXIV, 28: ex Psal. XXVII, 1-8: ex I. Corinth. XV, 41. 45: ex Phil. III, 20. 21: ex II. Chronic. XXXV, 23. 24. 25: ex II. Sam. III, 31-35: ex II. Corinth. I, 12. &c.

NICOLAUS TUPPIUS, Belga, Amstelodamensis, Med. Doctor, inque patria Practicus, æt 81. Condidit *Observationum Medicinalium libros quatuor.*

ANNO 1678.

11. Febr. LUCAS GERNLERUS, *Helvetius*, Basiliensis, primùm Ecclesiæ reformatæ Minister Brisaci, deinde Basileæ Diaconus & Archidiaconus, tum &c. Vid. partem 1. & adde *Orationem de Academiæ Basiliensis origine & progressu: Disp. de Fœdere Dei &c.*

28. Feb. MATTHIAS TABBERTUS, *Germanus* &c. Vid parte primâ. Ejus quoq; est *Methodica Theologia ex libris Ecclesiarum symbolicis & orthodoxorum Theologorum scriptis excerpta: Oratio inauguralis de mysterio LXX. hebdomadum Danielis.*

6. Mart. JOSEPHUS BAPTISTA, *Italus*, Neapolitanus, Sacerdos secularis, Orator, philosophus, Theologus & Poëta. Posteris reliquit *Epigrammatum centuriam primam: Epicedia Heroica: Vitas S. Joh. Baptistæ & Felicis Capuccini: Diaria Academica: Epistolas: Poëtica.*

29. Mart. PAULUS FRANC. ROMANUS, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, J. U. Doctor, Comes Palat. Cæsareus, in Academia patria Professor, ac Canonicus Numburgensis, æt. 34. prof. 7. Reliquit *Dispp. de Bonis hereditariis eorumq; jure: De actis publicis sive judicialibus: De Dardanariis: De jure episcopali: De calculo Minervæ: De Osculis: De Captivitate: De Blasphemia: De Legitima: De Medico juridicè considerato: De Mercatura: De Dote: De partu Ancillæ furtivæ, ut potest usucapi: De Alea: De Legibus: De Feudis: De Nocte: De eo, quod differt executionem: De Mandato: De Procuratoribus: De Societate: De usufructu: De Venatione: De publicis judiciis &c.*

14. April. CASP. MAURITIUS, *Germanus* &c. Vide partem Diarii nostri primam. Emisit quoque *Dispp. de Republica: De Θεανθρώπῳ: De simonia: De divinæ Gratiæ in hominibus tum convertendis, tum conservandis efficacia & operandi modo &c. Conc. funeb. ex Sapient. IV, 1. &c.*

16. Maji GEORGIUS SEIDELIUS, *Germanus*, Graicensis Variscus, Theol. Licentiatus, Pastor & Superint. primò Penicensis, deinde Annæbergensis, æt. 71. suffusione oculorum

lorum laboraus. Reliquit *Dispp. de usu Philosophiæ in Theologia: De Loco Joelis II. 32: Conciones aliquot funebres.*

27. Maji ERICUS BILDE, *Danus*, Nobilis, in prædio Fioniæ Kersgaard natus; æt. 40. Ejus est *Oratio, quæ Minos inscribitur.*

9. Jul. MAGNUS FRIS, *Danus*, Nobilis, in prædio Cimbriæ Schumstrup natus, demum Comes de Frisenburg, Liber Baro de Frisenvold, Eques Auratus, Regis Daniæ Consiliarius intimus, & ab ærario &c. æt. 52. Emisit *Encomium Soræ.*

- Augusti TOBIAS OTTO TABOR, *Germanus*, Camentio - Lusatus, J. U. Doctor & Advocatus Mæno-Francofurtanus, æt. 41. Edidit *Thesaurum Locorum Communium jurisprudentiæ, ex Actiomatibus Augustini Barbosæ, & Analectis Jo. Ottonis Taboris, aliorumq; concinnatum.*

23. Septemb. VALENTINUS CONRAT, *Gallus*, Consiliarius & Secretarius Regius, Academiæ Parisiensis socius, æt. 74. Vulgavit *Literas Jo. Ludovici Guez, Domini de Balzac, ad se aliosque scriptas.*

21. Octobr. MARTINUS VOGELIUS, *Germanus*, &c. Vid. partem Diarii nostri I. Emisit quoque *Præcipuas Opiniones physicas Joachimi Jungi, cum annotationibus: Observationem de submersis non suffocatis, quæ extant in Ephemeridibus Acad. Naturæ Curiosorum an. 6. & 7. num. 125.*

16. Novemb. AUGUSTINUS AUSPURGER, *Germanus*, Pragensis, Ducis Saxoniæ, Augusti, Prætor Provincialis, Ampt-Vogt/ æt. 55. Ab eo habentur idiomate patriô *Comœdiæ: Arnalte & Lucenda: Clio peregrinans: Pastoralia &c.*

- Novemb. JO. BAPTISTA CAPPONUS, *Italus*, Bononiensis, Med. Doctor, hujus & Phil. Professor, Astrologus item & Poëta. Publici juris fecit, sub nomine CHARISII THORMARII SPADONIS, *Animadversiones ad Jo. Caroli Loncii opusculum de Febribus: De Otthone Æreo suo Commentarium: Orationes.* Post mortem ejus prodierunt *Lectiones physicæ morales: De morbis particularibus: De Febribus: De erroribus clarorum scriptorum Latinorum lib. XII: De humano semine nequaquam animato, adversus Licetum & cæteros: Paradoxon PhilosophiæDemocraticæ.* Jtalicè *Parallela Reip. antiquæ Athenienfis & hodiernæ Florentinæ: Observationes Polit. super vitam illustris Bentivogli: De erroribus scriptorum Tuscanorum lib. XII. &c.*

GUNDEUS ROSENKRANTZIUS, *Cimber*, Eques, Regni Danici Senator, æt. 71. Helsingburgi Scanorum. Ab eo scripta sunt *Corona Pacis: Tuba Danicæ pacis: Meditationes Principis: Soterion ad Christianum IV. Regem Daniæ: De SS. Cœnæ Domini vero sensu & usu: Commentarius in omnes Psalmos Davidis: Dissertatio juridico-Politica de Legato Suecico à Rege Daniæ detento: Dania ad ex-*

teros de perfidia Suecorum: Speculum fidei Danicæ: Tela Sueci ci aranei disrupta: Boni civis ad cives fideles admonitio.

HIERONYMUS SIEVERT, *Germanus*, Phil. Magister, Ministerii Magdeburgensis Senior, Pastor ad Sp. Sanctum, Consistorii Assessor, & Scholarum ibidem Inspector. Adornavit *Amicam defensionem exceptionum ad media Duræana.* Germanicè *Libellum contra D. Joh. Böttigeri concionem introductoriam, ex Tit. II, 7. 8. habitam: Breve examen questionis Theologicæ, an fides sit electionis causa instrumentalis? contra eundem*, & fortassis quædam alia.

ANNO 1676.

14. Febr. JOH. HERBINIUS, *Germanus*, Bitzeniensis Silesius, Phil. Magister, primùm in patria, deinde Wolaviæ Rector, tum Gymnasii Bojaviensis Professor primarius, porro Scholæ Germanicæ Rector Holmensis, inde Ecclesiæ Lutheranæ Pastor Wilnensis in Lithuania, demum Graudensis in Prussia, æt. 44. Exaravit *Dissertationem de admirandis Mundi cataractis: Clavem Logicæ & larvam Sophisticam detectam: Examen Terræ mortus & quietis: Collegium Oratorium de causarum generibus: Eloquentiam Academicam, Politicam, domesticam: Institutionem epistolicam: Religiosas Kijovienses Cryptas, sive Kijoviam subterraneam: Orat. ad Episcopos Daniæ, pro Ecclesiis Poloniæ &c.*

10. April. PHILIPPUS CRUSIUS, *Germanus*, Islebiensis, J. U. Licentiatus, primò Comitum Mansfeldensium, deinde Ducis Holsatiæ Consiliarius, tum Commissarius bellicus per Dithmarsiam & Eiderstadium, mox Præses Cæsareus in Stormaria, iterum Ducis Holsatiæ Consiliarius, porrò Regi Sueciæ à consiliis status Esthonici, & primarius Dicasterii Regii Assessor, simul nobilis, dictus KRUSENSTIERN, ad hæc per Esthoniam atque Ingriam Commerciorum Director, demum Gubernator Revaliensis, novissimè emeritus, XIIX. vicibus, & quidem bis ad Moscorum, ac semel ad Persarum Imperatorem, aliosque Europæ Magnates Legatus, æt. 79. paucis duntaxat exceptis diebus, offic. 57. Collegit inque ordinem redegit *Jura Ducatûs Esthoniæ Equestria.* Vertit in linguam Germanicam *Statuta Regni Suecici*, pro quo labore à S. R. M. 800. Imperiales dono accepit. Habentur quoque ejus *Suspiria captivitatis Moscoviticæ & Cantiones Sacræ.* Edidit, sub nomine PASSUM VIOLENTA CHRISUS SERVAVIT, *Tetrasticha Passionalia.* Vid. de eo Joh. Alberti à

Man-

Mandersio Itinerarium Orientale.

14. April. *MICHAEL CORDESIUS*, *Germanus*, Phil. Magister, Ecclesiæ Parchimensis Archidiaconus, æt. 42. minist. 16. Consignavit *Postillam Neo-symbolicam: Perfectum precandi Magistrum: Scholam conjugii Biblicam, de conjugio ritè inchoando ac tranquillè peragendo: Meditationes sacras in Epistolam Johannis secundam & tertiam: Dispp. de Eclipsi Luminarium magnorum in genere: De Eclipsi solari.*

3. Maji ERNESTUS FRIDER. SCHROETERUS, *Germanus* &c. Vide partem Diarii hujus primam. Reliquit quoque *Dispp. de Servitutibus realibus: De jurisdictione, ejus turbatione & foro: De Senatoribus: De Constitutione possessorii: De constituto conventionali seu obligatorio: De cancellatione Scripturarum: De jure Vicinitatis: De Deputatione: De protopraxia: De jure connubiorum: De privilegiis militum: De Inventario: De Legatis: De chirographo: De operis novi nunciatione verbali: De Sponsionibus: De Maleficiis: De Ambasiatoribus: De jactu: De jure competentiæ: De exceptionibus: De judice competente, ex causæ continentia: De Sententiis: De jure & facti ignorantia: De cautione necessaria: De immoderata adhibendi consuetudine: De fidejussoribus: De jure primariarum precum: De jure* προϊμήσεως: *De quatuor contractibus realibus: De remissione peccatorum sive delictorum: De Thesauris: De usuris &c.*

18. Jun. FRIDERICUS HOLTZMANNUS, *Germanus*, Veitlamensis Francus, Theol. Doctor, Pastor & Superintendens Grimmensis, novissimè Chemnicensis, æt. 55. Confecit *Dispp. de morte Christi, ex II. Corinth. V, 21: ex Hebr. IV. ex Joh. IIX: Philosophicas varias: Conciones funebres.*

- Jun. *JOACHIMUS SEXTUS*, *Germanus*, Schlakkenvverdensis, primùm Concionator Castrensis Saxoniæ, deinde Diaconus Zvviccaviensis Cathadralis, tandem Archidiaconus ibidem, æt. 68. Emisit *Conciones aliquot funebres*, e. g. ex Joh. XII. &c.

9. Jul. CHRISTOPHORUS VRSINUS, *Germanus*, Med. Doctor inq; Academia Francofurtana Professor. Reliquit *Dispp. de Apolexia, aliisque materiis Medicis.*

12. Augusti *SOPHIA ELISABETHA*, JOH. ALBERTI, DUCIS MEGAPOLITANI FILIA, AUGUSTI DVCIS BRUNSVIC. & LUNEBURG. UXOR, æt 63. Conjecit Martinus Kempius, ex Sigismundo à Birken & Georgio Neumarchio, quod ex Gallico in Germanicum verterit *Domini de Charron lumen Sapientiæ*. Sunt, qui & Eidem Ducissæ ingeniosissimum *de Amelinde* scriptum tribuunt.

15. August. *JOHANNES MEIERUS*, *Germanus*. Stetinensis, Pomeranus, in Gymnasio Thorunensi Log. & Linguæ Græcæ Professor, æt. 37. Edidit linguâ populari *Tractatum de*

Senatu

Senatu veteris Romæ. Reliquit *Arriani libros quatuor de dissertationibus Epicteti, unà cum manuali, nec non Cebetis tabulis*, à se Germanicè versos, & prelo jam paratos.

16. Septemb. *LUCAS DEBES, Danus*, Phil. Magister, Pastor & Præpositus Ferroënsis. Elucubravit *Descriptionem Insularum Ferroënsium: Regiæ Magistatis eminentiam.*

16. Octob. *JOH. HACKEMANNUS, Germanus*, Peinensis, Phil. Magister, primùm in Academia Rinthelensi Logices Professor, Gandesianæ postmodum Ecclesiæ Pastor, & Diæceseos Superintendens Generalis, ut & Monasterii Clusensis Abbas, æt. 47. offic. 25. Publicavit Præses *Dispp. Politicas & Ethicas varias: De Bonitate Dei: De ultimo Actionum humanarum fine: De justitia universali & particulari &c.*

17. Octob. *NICOLAUS BANGIUS, Danus*, Fionicus, Klintensis, Phil. Magister, Pastor Dalumensis & Scanderumensis, demum Episcopus Fioniæ, æt. 63. Edidit *Orationem græcam de Historia: Parentationem in obitum Christophori Vrne, Regni Daniæ Cancellarii.*

25. Octob. *ZACHARIAS HOGELIUS, Germanus*, Phil. Magister, Pastor ad SS. Philippi & Jacobi in patria, nec non Gymnasii Senatorii Rector, æt. 65. Scripsit *de immaculata Conceptione Jesu Christi, adversus Romanæ Ecclesiæ hetereologium: Papismum Diabolicum & Catholicum Lutheranismum: Theologum νεθελέμενον, secundum Apocal. Johannis pro pace universali piè promovenda.*

JOSEPHUS MARIA SORESINUS, Italus, Romanus, beneficiatus Presbyter Lateranensis Basilicæ. Vulgavit *Sermonum poëticarum sive pulcerrimarum Inscriptionum partes duas: Encomium sacrum B. Francisci de Sales: De scala sancta, ante sancta sanctorum in Laterano culta: De Capitibus sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in SS. Lateranensi Ecclesia asservatis: De imagine sanctissimi Servatoris, in basilica sancta sanctorum custodita.* Multò plura emittere in animum habuit, nisi mors intervenisset.

FRANCISCUS ROCCUS, Italus, Neapolitanus, Nobilis, judex civilis, Consiliarius regius. Dedit *Responsorum Legalium cum decisionibus centuriam primam & secundam: Mercatorum notabilia.*

JOH. VIETOR, Germanus, Corbacensis, J. U. Doctor, Comitatus Waldeccensis Cancellarius, obiit Darmstadii. Ab eo prodierunt *Decisiones in Dicasterio Waldecensi judicatæ: Disp. Inauguralis de Pace Religiosa, & forsan quædam alia.*

OCTAVIUS RONCIONUS, Italus, Nobilis Romanus, Vtriusq; Signaturæ Referendarius, Regionis Transtiberinæ, deinde Reatinæ Civitatis Præfectus, demum Episcopus per XVII. annos Ferentinensis. Evulgavit *Synodum Diæcesanam.*

HIERONYMUS RÖTEL, *Germanus*, Mœno-Francofurtanus, Med. Doctor, hujusque per quadriennium in Academia Giessensi Professor, inde Aulæ Darmstadinæ per IX. annos Archiater. Reliquit *Dispp. aliquot Medicas, ex quibus de Variolis.*

23. April. ANDREAS BECHMANUS, *Germanus*, Ellebiâ-Arnstadiensis, Pastor primùm Grafenhaimensis & Georgenthalensis, deinde Superintendens Eisfeldensis, tum Ducum Saxoniæ Concionator Aulicus & Confessionarius, Consistorii Assessor, & Gymnasii Gothani Ephorus, æt. 53. minist. 20. Vulgavit *Conciones funebres ex Jacobi I, 12: ex II. Corinth. XIII, 13: &c.*

PAULUS ARINGUS, *Italus*, Romanus, Congregationis Oratorii Presbyter. Ejus reperiuntur *Monumenta infelicitatis, sive mortes peccatorum pessimæ, tomis duobus: Triumphus pœnitentiæ, sive selectæ pœnitentium mortes: Roma subterranea novissima, tomis duobus:* Italicè *Tuba jubilæi an. 1650. celebrati.*

JOH. CRUSIUS, *Germanus*, Thumâ-Misnicus, Phil. Magister, ejusdemq; in Academia Jenensi Adjunctus, inde Scholæ Cizensis Rector. Præsidendo habuit *Dispp. de Artibus Liberalibus, sive Polymathia veterum: De Succoth Benoth, Babyloniorum à Salamanassere in districtum Samaritanum deductorum idolo, ex II. Reg. XVII, 30: De Jona Propheta, Viduæ Sareptæ filio, ex vulgata Ebræorum traditione: De Paulo binomini, ex Act. XIII, 9: De Ninive Assyriæ urbe: De Potamographia Paradisiaca &c.*

LIBORIUS THILO, *Germanus*, Phil. Magister, Ecclesiastes Gothanus. Delineavit *Manum Dei, sine XI. Conciones de Peste*, & forsan alia.

ANNO 1677.

21. Febr. BENEDICTUS SPINOSA, *Belga &c.* Vide partem Diarii hujus primam, & adde; æt. 44.

-- Mart. ANTONIUS CLANCHE, *Hibernus*, Ordinis Franciscani Reformatorum, per annos XL. Theol. Professor, æt. 80. Pragæ. Elaboravit *Theologiam speculativam: Commentarium in jus Civile: in jus Canonicum &c.*

26. April. CHRISTIANUS TRENSCHIUS, *Germanus*, Hainâ-Misnicus, Phil. Magister, Logic. & Metaphys. in Acad. Wittenbergensi Professor, æt. 72. prof. 28. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Philosophiæ natura: De propriorum communicatione: De natura prædicationis: De Veritate: De Bonitate transcendentali: De necessario & contingente: De eodem & diverso: De universali & singulari: De principio & principiato: De potentia & actu: De disjunctis affectionibus entis in genere: De unitate tam indivisibili, quàm divisibili: De Sophista: De Enunciatione infinita:*

De

De concursu causæ primæ cum causa secunda: De conditione sine qua non: Utrum aliquid rationis quibusdam brutis competat? De existentia spirituum: De causa morali: De intellectu: De uno &c.

18. Maji ANDREAS ESSENIUS, *Belga* &c. Vid. partem Diarii hujus primam. Scripsit quoque *Doctrinam de nostra Redemptione per meritum Jesu Christi: Instructionem salutarem de Judæis: Refutationem verè Catholicam, contra Pontificios.*

21. Augusti BARTHOLOMÆUS ELSTENIUS, *Germanus*, Leucopetrâ-Misnicus, Philos. Magister, primùm Pastor Crelvicensis, deinde in patria per 37. annos Diaconus & Archi-Diaconus, demum Ministerii Senior, æt. 72. offic. 44. die natali. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

29. Augusti ANDREAS OLSROVVSKI, *Polonus*, Nobilis, Episcopus, denatus Gedani in Prussia. Delineavit *Censuram Candidatorum sceptri Polonici: Vindicias Polonas: sermones breves diverso tempore habitos.*

10. Septemb. VVILHELMUS MOMMA, *Germanus* &c. Vid. tomum hujus opusculi primum. Reliquit similiter Belgicè *Homilias super diversa loca scripturæ veteris & novi Testamenti.*

— NICOLAUS MYLERUS AB EHRENBACH, *Germanus*, Vracensis, Würtenbergicus, J. U. Doctor, primùm in collegio justitiæ supremo Assessor, deinde S. Consistorii Director, nec non Ducis Wurtenberg. Consiliarius intimus, sæpe

Legatus, æt. 67. Consignavit *Etologiam, sive de jure concedendi veniam ætatis: Archologiam de prisca origine Principum Germaniæ: De jure Asylorum: Additiones ad Mart. Rumelini dissertationes ad auream Bullam: Gamologiam personarum imperii illustrium: Discussionem controversiæ; an bona civium incensita fisco cedant? De Principum & statuum Imperii Romano-Germanici juribus: De jure publico Imperii Rom. Germanici: Metrologiam, sive Tractatum de jure mensurarũ: Hyparchologiam: Ordinum Imperialium Nomologiam* &c.

4. Novemb. JOH. CHRISTIANUS GÖTTER, *Germanus*, Mülburgensis, Pastor primò in patria, deinde Inspector Wachsenburgi & alibi, demũ Sax. Ducibus à Concionibus Aulicis primariis & Confessionibus sacris, Superint. Generalis, Consistorii Ducalis Assessor, inferioris Ecclesiastici judicii Præses, & Gymnasii Gothani Ephorus, æt. 70. minist. 40. Typis exscriptæ prostant Ejus *Conciones funebres ex Hiobĕ I, 21: ex Psalm XXV, 17: ex Esaia VIII, 10: ex Apoc XIV, 13: ex Rom. VIII, 28: ex Hiobi XIX, 25: ex Psalm. XXXVIII, 11. & 16: ex Jerem. XXXI, 3: ex Joh. V, 24: ex I. Corinth. I, 30: ex Psalm. XLII, 1: ex Ephes. II, 6: ex I. Timoth. I, 15: ex Apoc. VII, 13: ex Hebr. IV, 9: ex Psalmo LXXXIV, 11: ex I. Corinth. VII, 34: ex Psalm. CXVI, 7: ex II. Corinth. XII, 9: ex II. Timoth. IV, 7: &c.* Maximam etiam partem elaboravit *in Ideis*

Concionum Evangelicorum: Scriptum adhuc ἀνέκδοτον, Conciones nempe Conscientiarias, ex variis Scripturæ dictis, reliquit.

15. Decemb. JACOBUS DE SAINTE-BEUVE, Gallus, Presbyter, Theol. Doctor & Professor regius, nec non Socius Sorbonicus, æt. 64. Emisit Galliæ Ecclesiarum Breviaria & Ritualia diligentissimè emendata, ac nonnulla alia.

PHILIPPUS MARIA A SANCTO PAULO, Italus, Romanus, Carmelita, Philos. & Theol. Magister, sacrarum Congregationum Rituum ac Indicis Consultor. Typis dedit Italicè Discursus sacros tomis tribus: Panegyricos: Vitas diversorum.

JO. LUCIDUS PALUMBARIA, Italus, Romanus, Vtriusq; Signaturæ Referendarius, demum Episcopus Pisaurensis, æt. 57. Prelo subjecit Synodum Pisaurensem: Discursum pro festivitate Pentecostes. Reliquit quoque MSSta Mathematica.

GAUDENTIUS AB ALTAEMPS, Italus, Romanus, Gallesii Dux. Exavit Sanctitatem persecutam triumphantem: Vitam Johannis Chrysostomi.

ANNO 1678.

3. April. ANDREAS ERICI STENCHEL, STRUPIUS, Danus, Phil. Magister-Pastor Ecclesiæ Torebyensis in Lollandia, morte subitaneâ in campo, nemine præsente, defunctus. Elaboravit Tractatum de Duellis: Dispp. de Chaldaismis sacris textus Biblici: De usu Metaphysicæ in Theologia.

8. April. JOHANNES DE MET, Belga, Doctor & Ecclesiastes Medioburgensis in Selandia, æt. 59. Luci dedit Physiologiam sacram: Commentaria Physica, sive expositionem aliquot Locorum selectorum ex libris V. & N. Testamenti, in quibus agitur de rebus naturalibus: Comment. in Jo. Gœdartii Metamorphosin & historiam naturalem Insectorum: De Cometis: De Hemerobiis: Belgicè Responsa super Quæstiones aliquot singulares: super Epist. ad Hebræos: Manuale Proverbiorum Salomonis: Euzœiam, sive quæstiones de felicitate vitæ humanæ: Commoda Reformatorum ex conjunctione cum Lutheranis &c. Opera ejus Belgica junctim etiam prodierunt.

24. April. LUDOVICUS VI. HASSIÆ LANDGRAVIUS, HERSFELDIÆ PRINCEPS &c. Vide partem Diarii hujus primam, & adde; in Societate Fructifera dictus der Unerschroffene. Sub ejus quoque ac Fratris sui GEORGII nominibus prodiit Comœdia Latina, cui titulus: Germania luxurians, debellata, lugens.

23. Maji

23. Maji. ÆGIDIUS MARTINI, *Germanus*, Erfurtensis, Med. Doctor, primum Poliater Cruciburgensis, inde Isenacensis, demum in Academia patria Medicinæ Professor & Physicus Territorialis Erfurtensis, æt. 36. Reliquit *Dispp. de dolore dentium, aliisque materiis Medicis.*

13. Jun. VALENTINUS BIATOVVICZ, *Lithuanus*, Artium & Phil. Magister, S. J. Humaniorum literarum Vilnæ Professor, Enthusiasmô Poëticô usque ad extemporaneam ubertatem instructissimus, æt. 41. Soc. 17. Suppressô suô nomine vulgavit *Epinicion, dum sacrum corpus B. Josaphat, Archiepiscopi & Martyris, Vilnam ab exilio inveheretur: Parodiam genialem de immaculata Conceptione B. Virginis Mariæ: Oden longiusculam de B. Stanislao kostka: Gynthiæ Hlebouucianæ decora: Lilium D. Casimiri natali carmine celebratum: Soli Polique decus sagittæ VVolowicianæ pro funere Ladislai VVolawicz, Palatini Vitepcensis: Agni Junosiani aureum vellus: Ætatem liliatam Chrapowieiorum: Odas varias in coronatione Regis Poloniæ Michaëlis &c.*

17. Juni THOMAS HOPFFERUS, *Germanus* &c. Vide tomum Diarii Biogr. primum, circa hujus anni finem.

16. Jul. HENNINGUS DANCKVVOHRTS, *Germanus*, Brunsvicensis, Ecclesiæ primùm Watzensis, deinde Honlagensis, demum in patria ad D. Catharinæ Pastor, æt. 68. minist. 40. Reliquit *Conciones quasdam funebres, ex Apoc. VII, 9-17. aliisque Scripturæ locis.*

- Jul. DANIEL LAGUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm in Gymnasio Dantiscano Mathes. Physices, Log. GræcæLinguæ & Poëseos Professor, tum Theol. Doctor, Log. & Metaphys. nec non Theol. in Academia Gryphisvvaldensi Professor, denatus in pago prope Dantiscum. Publici juris fecit *Theoriam Meteorologicam: Astrosophiam: Mathematico-Physicam: Steichologiam: ψυχολογίαν: Archelogiam: Commentarium super Epistolam Pauli ad Galatas: ad Ephesios: ad Philippenses: Examen trium Confessionum Reformatarum, Marchiacæ, Lipsiensis & Thoruniensis, ad demonstrandam diametralem discensum Calvin. & Formulæ Concordiæ: Vindicias Evangeliorum Dominicalium & Festivalium, oppositas Promptuario Catholico Thomæ Stapletoni: Disputationes adversus Marci Friderici VVendelini Exercitationes pro B. Joh. Gerhardo* Sigillatim *Dispp. de Magnete: De Eclipsi: De Meteoris: De Jubilæo Romano: De gloriosissimo Stygiorum hostium Triumphatore, ex Psalmo XVI, 10. 11: De nato recens Immanuele, è vaticiniis Prophetarum: Qvæstiones ex historia Passionis Dominicæ: De Christo Θεανθρώπῳ, Ecclesiæ capite & Redemptore generis humani unico: De justificationis causa: De Manducatione corporis Christi sacramentali: De Peccati originalis existentia: De Prædestinatione: De Concilii Constantinopolitani historia, decreto & annexis &c.*

Augusti DANIEL SEILER, *Germanus*, Argentoratensis, Philos. Magister, primùm Con-Rector Vinariensis, deinde Pastor Schvverstetensis, tum Concionator Aulicus Vinariensis, porrò Adjunctus Melisensis, tandem Superintendens Ichtarshusanus, æt. 80. Elaboravit *Postillæ Gothanæ partem maximam*: *Tractatum contra Pontificios*: *Conc. funebres ex Esaiæ XLIX, 14. 15. aliisque textibus sacris.*

28. August. VVOLFG. ADAMUS LAUTERBACHIUS, *Germanus* &c. Vid. tomũ hujus opusculi primum & adde; *Dispp. de Nautis, Cauponibus & stabulariis*: *De Relatione jurisjurandi*: *De singulari Fratrum jure*: *De singulari Affinium jure*: *De magis dilecto*: *De Relatione jurisprudentiæ.*

18. Decemb. ALBERTUS RUSIUS, *Belga*, Emmeniensis, J. U. Doctor, primùm Advocatus Amstelodamensis, mox juris ibidem in Gymnasio Professor, demum in Academia Lugduno-Batava per XX. annos Antecessor, æt. 63. Plurima opera & adfecta & perfecta habuit, luce tamen publica nihil edi passus est, præter *Orationem inauguralem de jejuna quorundam & barbara juris compendiaria*: *Dispp. de Servitutibus*: *Pro gradu, ex jure civili & canonico.*

PHILIPPUS ANDR. OLDENBURGERUS, *Germanus*, JCtus, Societatis Regiæ Anglicanæ Secretarius, denatus Genevæ. Prodire fecit *Tractatum de Rebus-publicis turbidis in tranquillum statum reducendis, in eoq; conservandis*: *Tract. de IV. Elementis juridicè consideratis & notis illustratum*: *Manuale Principum Christianorum de vera eorum felicitate*: *Tract. juridico-Politicum de securitate juris publici & privati.* Accesserunt *tria alia Opuscula, de Pænitentia legali, de origine & progressu juris Romani, & casus juridici tum veri, tum ficti, ad seriem Institutionum juris Justinianæi*: *Thesaurum Rerumpublicarum totius orbis*: sub nomine PHIL. ANDR. BURGOLDENSIS, *Notitiam Imperii, sive Discursum ad Instrumentum Pacis Osnabrugo-Monasteriensis*: Sub nomine CONSTANTINI GERMANICI, *Itinerarium Germaniæ.* Ex Anglico in Latinum vertit *Acta Philosophica Societatis Regiæ Londinensis ab an. 1665. ad an. 1669*: Anglicè emisit *Ephemerides Anglicanas, sive Transactiones Philosophicas ab an. 1665. ad 1672*: Recognovit, quoq; ac edidit *Petri Ærodii rerum ab omni Antiquitate judicatarum Pandectas*: *Alberti Alderisii tract. de Symbolis contractibus, ex tenebris extractum.*

CHRISTIANUS STEPHANI BANGIUS, *Danus*, Aalburgo-Cimber, Ecclesiastes Solumensis, deinde Pastor in districtu Agershusiensi Norvegiæ, æt. 98. minist. 64. Confecit *Commentarios fastos in Catechismum Lutheri, X. tomis comprehensos*: *Circulum septimanæ*: *Descrptionem Civitatis Christianensis*; *Rosam pœnitentialem Biblicam.*

NATHAN STUCKEY, *Anglus*, Socinianus, Ecclesiæ eorum, qui Bidelliani vocantur, Patronus Londini. Transtulit ex Anglica in Latinam Linguam *Johannis Bidelli Catechesin*.

ANNO 1679.

2. Mart. JOHANNES THOMÆ, *Germanus* &c. Vide partem Diarii hujus primam. Condidit insuper *Confessionem Fidei orthodoxam, confessioni Jacobi Masenii oppositam.*

27. Mart. ANDREAS JASKI A JASKINDORF, *Prussus*, Patricius Gedanensis. Hujus operâ prodierunt *Hugonis Grotii Epistolæ, ad Israëlem Jaski & magnorum quorundam eruditissimorumque Virorum Epistolæ ad Martinum Opitium, aliæq; celebrium Virorum Epist. varii argumenti.*

4. April. JOH. VOGELHAUPT, *Germanus*, Scheibenbergâ-Misnicus, Phil. Magist. primùm Scholæ Annæbergensis, deinde Cizensis Rector, tum Archidiaconus Annæberg, æt. 51. Vulgavit *Orationes: Programmata: Conc. funebrem ex Job. XIX, 26. &c.*

9. April. GOTTOFREDUS SCHILTERUS *Germanus*, Lands huttâ-Silesius, Phil. & J. U. Doctor, Collegii B. Virginis Collegiatus, Prof. Lipsiensis, & Academiæ tum Rector, æt. 36. Habuit præsidendo *Dispp. de Acquisitione derivaticâ Dominii facto hominis: De nomine & causa: De Syndicis: De Pœnitentia: De redditione rationis: De subinfeudatione &c.*

18. April. CHRISTIANUS AB HOFMANSVVALDAU, in Arnoldsmühl, *Germanus*, Vratislaviensis, per XXII. annos Consiliarius Cæsareus, Reip. patriæ Præses, Castri Namslaviensis Director, æt. 62. Concinnavit linguâ Teutonicâ *Pastorem fidum: Socratem morientem: Epistolas Heroum: Poëmata varia: Epitaphia: Odas sacras: Epithalamia &c.*

22. April. FRIDERICUS GEISLERUS, *Germanus*, Reussendorffensis Silesius &c. Vid. tomum primum. Habentur ab eo etiam *Dispp. de Civitatibus municipalibus: De Civitatibus Imperialibus earumq; juribus: De Codicillis: De Intestato: De juramentis: De Legitimatione: De Purgatione: Sylloge literarum variarum, Allerhand Brieff-arten.*

7. Junii JOH. VVALTHERUS, *Germanus*, Gaudiziensis &c. Vid. part. 1. Præses ventilavit *Dispp. de Angelis: De causa & causato: De Nutritione: De Vita & morte: De causa efficiente ejusque correlato: De Pluvia: De communicatione proprii: De Lapidibus in genere: De qvatuor qvæstionibus Logicis: Dissertationes Logicas: Orat. funebrem in obitum Henrici Teubelii, ibidem Superint. &c.*

17. Jul. JOH. VVALTHERUS LESLE, *Germanus*,

manus, Theol. Doctor, primùm,
Logices, deinde Philos. Moraliis,
demum Theologiæ in Academia
Francof. ad Oderam Professor &
Ecclesiastes. Reliquit *Dispp. Theol. & Phil.* e. g. *de Providentia Dei.*

25. Jul. JOH. SEBAST. MITTERNACHTIUS,
Germanus &c. Conf. primam Diarii
hujus partem. Plenius verò ita: pri-
mùm Pastor Teutlebiensis, dein-
de Scholæ Numburgensis, tum il-
lustris Ruthenei, quod Geræ flo-
ret, Rector, porrò Ephorus Neo-
stadiensis, demum Concio-
nator Aulæ Saxonicæ Ciziensis
primarius &c. Ab eo eti-
am, præter jam alligata, haben-
tur *Conciones funebres ex Psalmo CIII, 14 18: ex Psal. LXXIII, 25-28: ex Sap. V, 16. 17. &c.*

29. Jul. JOACHIMUS FABRITIUS, *Germanus* &c. Vid. part. I. Emisit quoq; *Consilium de Scripto Matthæi Bugæi, contra Joh. Müllerum.*

20. Augusti JACOBUS ALTINGIUS, *Ger-
manus*, Heidelbergensis, primùm
in Anglia Ecclesiæ Minister, dein-
de Ling. Orientaliũ Professor Grô-
ningensis & Ecclesiastes, demum
Theol. Doctor ejusdemq; ibidem
Professor, æt. 61. offic. 37. Pro-
diit ab eo *Resp. Hebræorum Schola-
stica: synopsis Chaldaica ac Syriaca: Vati-
cinium Patriarchæ Jacobi, ex Genes. XLIX,
10: Dissertationum Academicarum vo-
lumina tria: Heptas Orationum: Com-
ment. in Cap. XI. Epistolæ ad Romanos: Theologia historica: Epistola de reconciliatione Maresiana: Grammatica Hebraica, Chaldaica & Syriaca:* Belgicè *Explicatio Decalogi: Dispp. de Linguæ Hebrææ nominibus: De voce* באױ *ex Psalmo XX, 17: De Proselytis: De Sacrificio* מִבְחָה *: De internunciis Dei, ex Deuter. XIIX. &c.*

1. Septemb. GOTHOFREDUS GOESIUS, *Germanus*, Munchbergâ-Marchicus, Phil. Magister, primùm Christiano V. electo Daniæ Regi per decennium à Concionibus aulicis & consiliis Sacris, pòst Pastor Hamburgensis Nicolaitanus, demum S. Ministerii ibidem Senior, æt. 72. Minist. 32. Reliquit *Conc. funebres in excessum Christiani V. Daniæ Principis: in obitum Wolradi Campen* & fortè aliorum.

8. Septemb. ERNESTUS BAKIUS, *Germanus*, Grimmensis, primùm Diaconus Magdeburgensis, deinde Theol. Doctor, Pastor, Senior, judicii matrimonialis Assessor & Gymnasiarcha, æt. 47. minist. 17. Vulgavit *Dispp. de Jride: De loco Esaiæ LIII. contra Hugonem Grotium, quæ est inauguralis: Conciones aliquot funebres &c.*

14. Septemb. MARTINUS ZACHARIAS CRAMERUS, *Germanus*, Northusanus, J. U. Doctor, in Acad. Lipsiensi Institutionum Imper. Professor & Syndicus, æt. 33. Habuit Præses *Dispp. de Senatusconsulto Macedoniano: De Artis exellentia: De Assassinio: De eo,*

qui

qui ad meliorem fortunam pervenit &c.

16. Septemb. SEVERINUS MAIUS, Danus, Phil. Magister, Ecclesiæ Holbecensis in Sellandia Pastor, & vicinarum Præpositus. Delineavit *Coronam justitiæ, ex 1. Timoth. IV, 6. 7. 8.*

28. Octob. MATTHÆAS POOL, sive POLUS, *Anglus*, Ecclesiastes Londinensis, Amstelodami denatus. Formavit *Synopsin Criticorum aliorumq́; Scripturæ sacræ Interpretum & Commentariorum, quinque voluminibus*: Anglicè *Tractatum de nullitate Fidei Romanæ.*

12. Novemb. REINERUS VOGELSANGIUS, *Belga*, Pastor & Professor Daventriensis. Exaravit *Exercitationes Theologicas: Indignationem justam contra libellum intitulatum; Philosophia S. Scripturæ interpres: Specimen conflictus inter eundem & Joh. de Bruin: Responsionem necessariam ad præfationem Ludovici Wolzogii, de variis ejus fabulis & sententia, quæ dicit, Deum posse fallere.*

2. Decemb. JOH. STRAUCHIUS, *Germanus*. &c. Vide Diarii Biograph. partem primam. Prostant quoque ejus *Dispp. de juribus transitoriis ad successorem: De confusione obligationum: De Provocatione ad litem; De Transactionibus: De Conditione indebiti: De Solutione in specie dicta: De Transmissione; De pignore legali seu tacito: De Germanicæ Nationis in hodierno Imperii Romani statu præeminentia; De Rapina: De Contumacia: De Scientia: De jure Tenebrarum &c.*

23. Decemb. ANDREAS MATTHIÆ HIÖRINGIUS, *Cimber*, Ptocotrophiorum Hafniensium Pastor, æt. 70. Struxit *Catechismum minorem: Coronam obsidionalem: Politiam castrensem in obsidione Hafniensi.*

31. Decemb. JO. ALPHONSUS BORELLUS, *Italus*, Neapolitanus, Phil. & Mathem. Professor Florentinus, nec non Pisanus, æt. 71. Promulgavit *Euclidem restitutum: Theorias Mediceorum: Planetarum: Historiam & Meteologiam incendii Ætnæi an. 1669: De motibus naturalibus à gravitate pendentibus: De vi percussionis: Notas ad Appollonii Comicorum libros V. VI. & VII.*

ALEX. THEODORUS DE SINIBALDIS, *Italus*, Romanus, æt. 33. Dedit in publicum *Carmina: Orationes: Dramata Musicalia: Opera Tragico-Comica.*

JOH. WINCKLERUS, *Germanus*, Bornensis Misnicus, Phil. Magister, in patria Diaconus, æt. 45. Emisit *Orationem Synodalem de Borna; Conc. funebres.*

JO. BAPTISTA PASSERUS, *Italus*, Romanus, Pictor, Poëta, Musicus & Architectus, Academicus Infæcundus, Intrecciatus, Humorista ac Sterilis. Edidit *Discursum Academicum de Phantasia: Eminentiam augustissimæ Domus B. Virginis Lauretanæ: Discursum de Silentio: Vitas Pictorum: Poëmata varia.*

ANNO 1680.

6. Jan. JOH. CASP. GRÜNVVALDIUS, *Germanus*, Brunsvicensis Scholæ Catharineæ Con-Rector. Struxit *Dubiorum Grammaticorum Decades qvinque*.

25. Jan. ENOCH HANMANNUS, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Licentiatus, Pastor & Superintendens Rochlicensis, æt. 59. Vulgavit *Commentarium in Prosodiam Opitii: Dispp. de Amicitia: De Crepusculis: De Lanugine: De Symbolo Apostolico, an sit signum discretivum orthodoxi ab heterodoxo? De Tabulis Veteris & Novi Testamenti: Orationes: Concionem metallicam: Conc. funebres: Inaugurales.*

18. April. MATTHIAS JOH. ROSENBERGIUS, *Danus*, Neoburgo-Fionicus, Pastor Ecclesiæ Wibyensis, æt. 32. mininst. 6. Reliquit *Expositionem homileticæ Prophetiæ Nahum*.

20. Jun. JULIUS HANTELMANNUS, *Germanus*, Brunsvicensis, Ecclesiæ in patria ad D. Blasii Pastor æt. 47. Edidit *Conciones aliquot funebres*.

10. Jul. LUDOVICUS MORERUS, *Gallus*, Dargemontano-Provincials, æt. 37. Formavit sermone vernaculô *Tractatum de amore patriæ: Amænitates Poëticas: De Christiana perfectione Rodriguezii: Dictionarium magnum Historicū, tomis duobus: Ejusdem Supplementum* Scribere quoque in animum habuit *Historiam generalem de Conciliis: Historiam de Viris illustribus in Provincia: Bibliothecam scriptorum ejusdem Provinciæ: Tractatum de Xeniis*.

7. Augusti N. CERLIUS, *Gallus*, Episcopatûs Apamiensis Vicarius generalis, à Tolosano Archiepiscopo & Parlamento mortis supplicio addictus. Habetur ejus *Liber de Regaliæ jure, & nonnulla alia*.

13. August. TOBIAS VVAGNERUS, *Germanus* &c. Vide Diarii Biogr. Tom. I. & adde; *Jubilæum pro Pace Germaniæ, ex Psalm. LXV, 7: Conc. pro electione novi Magistratus, ex Psalm. XX, 2-5: Dispp. de causis salvificæ fidei: De congruo & condigno meriti Papistici*.

15. Septemb. JOH. NEUNACHBAR, *Prussus* &c. Vid. part. I. & adde *Dispp. de Pace: De Historiæ universalis usu in Politia, ex historia Biblica antediluviana: De eodem usu, ex hist. postdiluviana usque ad Abrahami tempora: De divina Scripturæ sacræ Auctoritate: De Script. Sacræ perfectione: De ipsius Theologiæ natura & constitutione: De tremendo SS. Trinitatis mysterio ex Τρισαγίῳ Angelorum, Esaiæ VI, 1.2.3: De Angelis bonis & malis: De Providentia divina: De gloriosa Christi resurrectione, ex Psalm. XVI, 10. &c.*

25. Octob. JOH. PRÆTORIUS, *Germanus* &c. Vid. partem Diarii hujus pri-

mam, Scripsit quoque *de Crotalistria tepidi temporis hospita*: *Hebraismum restitutum* παραδόξως *per Notariecun in nuperrimè invento literario thesauro*: *Tractatum de centuplici Elevationis Poli usu.*

3. Decemb. *GEORGIUS VVERKMEISTERUS*, *Germanus*, Schmalenbergensis Mindanus, primùm Substitutus, deinde Pastor Volmerdingensis, inde ad Michaëlis Pastor Hildeshemiensis, æt. 56. minist. 29. Vulgavit *Conciones aliquot funebres.*

24. Decemb. *DAVID GRAFUNDERUS*, *Germanus*, Falcoburg. Marchicus, Phil. Magister, primó Scholæ Cüstrinensis Rector, deinde Pastor Salgasti in Lusatia, tum Superintendens Luctronensis, demum Pastor Ecclesiæ ad S. Maximi & Senior Martisburgensis. Condidit *Calligraphiam Hebræam*: *Grammaticam Syriacam, cum Syntaxi & Lexico*: *Grammat. Chaldaicam*: *Orationes Isocratis & Plutarchi, de puerorum educatione, cum notis.* Promisit *Ærarium Poëticum Græcum.*

29. Decemb. *ARNOLDUS BERNHARDI*, *Norwegus*, Bergensis, Curiæ Hafniensis Notarius, æt. 71. Ab eo extat scriptum, cui titulus; *Daniæ & Norvegiæ splendor & annui reditus.*

BERNHARDUS ROCCIUS, *Italus*, Romanus, J. U. Doctor, Academicus Intrecciatus, Sterilis &c. Signaturæ Referendarius, Congregationis Sacrorum Rituum Secretarius, dehinc Firmanæ Civitatis Gubernator, Inde Romæ Immunitatis Ecclesiasticæ ac jurisdictionalium controversiarum Secretarius, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, S. Pœnitentiæ Corrector, porrò ad Neapolitanos Nuncius Apostolicus, Archiepiscopus Damascenus, demum S. R. E. Cardinalis & Episcopus Vrbevetanus, æt. 55. Typis ab eo traditæ leguntur *Constitutiones editæ in diœcesana Synodo Vrbevetana An. 1679 celebratæ*: *Orationum volumen*: *Poëmata &c.*

IOANNES TH. PESSINA, *Bohemus*, Nobilis à Czechorod, primùm Decanus Leithomischalensis in Bohemia, deinde Canonicus, demum Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Pragæ, novissimè Episcopus titularis Constantinopolitanus. Ei tribuitur *Thesaurus in lucem protractus S. S. Mercurius Maximus, Orientis Martyr*: *Phosphorus septicornis de gloria & Majestate Ecclesiæ S. Viti Pragensis*; *Descriptio Moraviæ &c.*

PETRUS VALCKENIER, *Belga*, Embricensis, J. U. Doctor, primò Reip. Amstelodamēsis Advocatus, deinde FœderatiBelgii ad Mœno-Francofurtanum ImperiiConventum & Helvetios Deputatus. Delineavit idiomate Germanicô *Europam perturbatam, sive Politico-historicam descriptionem rerum in Europa, ac præcipuè in Belgio, ab anno 1664. ad annum 1672. gestarum.*

N. AB ADLERSHELM, *Germana*, Lipsiensis, Comitis Austriaci ab Oppendorff Vidua, Erfurti denata. Ex Gallico in Germanicum transtulit *Stratonitam*.

ANNO 1681.

16. Jan. OLIVERIUS PATRU, *Gallus*, Parisinus, Advocatus Parlamenti, & Academiæ Francicæ Decanus, æt. 77. Formavit linguâ patriâ *Causidicum aliaq; opera juridica.*

18. Jan. CAROLUS COINTUS, *Gallus* &c. Vid. Diarii nostri partem primam.

11. Februar. CORNELIUS MARGARINUS, *Italus*, Romanus, Monachus & Abbas Casinensis, suæq; Congregationis Generalis Archivista, æt. 76. Opera ejus hæc sunt edita: *Justinianus Magnus Aniciæ familiæ restitutus: Bullarium Casinense, tomis duobus: Inscriptiones antiquæ Basilicæ S. Pauli de Urbe: Dictionarium Longobardicum:* Italicè *Discursum apologeticum pro corroboranda veritate instrumenti familiam Capizucciorum concernentis.*

8. Mart. JOH. GEORGIUS STRASBURGERUS, *Germanus*, Berolinensis Marchicus, Med. Doctor & Professor Regiomontanus, æt. 60. Reliquit *Dissertationes de Alimentatione, aliisque materiis Medicis.*

25. Mart. JOH CHRISTOPH. FALCKNERUS, *Germanus* &c. Vid. part. Diarii hujus primam, & adde *Dissp. de jure Competentiæ: De judiciis: De jure collectandi: De Omissione: De Tutelis; De jure Retractus legitimo; De Furtis in genere: De salvo conductu ad judicium: De Tutoris partibus: De Traditione per Constitutum: De Locatione & Conductione: De Contractibus realibus: De Contractu Emptionis & Venditionis.*

28. April. ARNOLDUS MAURITIUS HOLTERMANNUS, *Germanus* &c. Confer Tomum I. & adde: *Notæ & stricturæ in Bronchorstii comment. ad tit. Pandectarum de Regulis juris antiqui: Astrologus Christianus Cometas stupens.*

20. Junii JOH. CHRISTOPH. ADLUNGIUS, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. & Med. Doctor, primùm Linguarum Orient. deinde Med. in Academia patria Profes. æt. 33. Ab eo habentur *Observationes nonnullæ Philologicæ, ex utroque Testamento erutæ: Anti-Corollarium Kippingianum, seu animadversiones Physico-Medicæ in Henr. Kippingi corollarium de Sanguinis motu: Dispp. variæ.*

8. Julii GEORGIUS NEUMARCKIUS, *Germanus*, Mülhusâ-Thuringus, Principi Saxo-Vinariensi à Secretis, Comes Palatinus Cæsareus, in Societate Fructifera der Sprossende dictus, æt. 61. In lingua vernacula ab eo lucem viderunt *David victoriosus: Abigael prudens: Fryne Bozene exaltata: Sofonisbe infelix; Filamon amore captus:*

Septem

Septem Græciæ sapientes (quæ opuscula deinde sub *Horti historici* titulo simul prodierunt) *Theatrum sapientis æque ac animosi Magistratus: Corona Davidica Christiani Principis: Silva Musico-Poëtica: Tabulæ Poëticæ, sive de Arte componendi carmina: Comœdiæ de Caliste & Lysandro: Manuale, sive Libellus precatorius: Palma Germanica recens pullulata, de Societatis fructiferæ origine usu & progressu: Corona Spiritualis ex margaritis, sive preces pro fœminis.*

13. Septemb. PETRUS KRAGELUNDIUS, *Norwegus*, Bergensis, Phil. Magister, Pastor Draxholmensis in Sælandia, tandem Episcopus Ripensis, & Theol. Doctor, æt. 79. Episc. 31. Reliquit *verum Christianum, sive expositionem Psalmi XV: Auxilium à Jehova, Symbolum Christianum: Descriptionem Incendii Bergensis.*

5. Octobr. PETRUS LASSON, *Danus*, Randrusio-Cimber, J. U. Licentiatus, Reg. Consiliarius justitiæ, æt. 75. Scripsit *de Jurisdictione & imperio.*

13. Octob. ERICUS ROSENKRANTZIUS, *Cimber*, Nobilis, in prædio Rosenholm natus, Regis Daniæ Consiliarius intimus & Præfectus Diœceseos Aarhusiensis, æt. 70. Scripsit Danicè *Liberationem Animæ per mortis meditationem.*

26. Octob. JOH. GARNERIUS, *Gallus*, Parisinus, S. J. Rhetor. Phil. & Theol. in Collegio Parisiensi Professor, æt. 69. Soc. 53. Prelo dedit *Organi Philosophiæ rudimenta: Theses de Philosophia morali: Regulas Fidei Catholicæ, de Gratia Dei per Jesum Christum: Juliani Eclanensis Episcopi libellum ad sedem Apostolicam notis illustratum: Marii Mercatoris opera in duos tomos divisa: Opera Theodoreti &c.*

Novembr. JOHANNES THILO, *Germanus*, Lipsiensis, Theol. Licentiatus, primùm Diaconus Tzschopaviensis, deinde Pastor Ortrandiensis, porro Superintendens Liebenvverdanus, demum Ecclesiastes ad D. Nicolai in patria, æt. 41. In lucem misit *Medullam Theologicam Veteris Testamenti, ex Bibliis Criticis* 325. *dictiss Dispp. de Traditionibus: De Homine animali & Spirituali &c.*

22. Novemb. VALENTINUS SCHMIDIUS AB EISENBERG, *Bohemus*, Konigvvaldensis, primùm Scholæ Jacobææ Leutmariensis in Bohemia Rector, dein in Monasterio D. Virginis Magdeburgensi Evangelico Ecclesiastes, tum Ducis Vinariensis Concionator castrensis, inde Pastor Troppensis in Silesia superiori, porro Pastor Neo-Magdeburgensis, iterum Ecclesiastes castrensis, posthæc Monasterii Virginalis Itzehaensis Vice-Præpositus, demum per XLVI. annos Pastor Haderslebiensis, & Consistorii Regii Assessor primarius, æt. 56. Reliquit *Conciones funebres ex Psalm. IV, 4. aliisque locis Scripturæ sacræ.*

Decemb. OTTO SPERLINGIUS, *Germanus*, Hamburgensis, Med. Doctor,

Regum Daniæ Christiani IV. & Friderici III. Archiater, in carcere Hafniensi defunctus. Struxit *Hortum Christianæum, seu catalogum Plantarum, quibus Christiani IV. Regis vividarium Hafniense an. 1642. adornatum erat.*

26. Decemb. JOACHIMUS AB HIRTENBERG, aliàs PASTORIUS, *Germanus* &c. Vid. Tomum Diarii hujus I. Scripsit etiam *Orationem de dignitate Historiæ: Gratulationem ad Regem Poloniæ, Joh. Casimirum, de felici reditu: Memoriam posthumam duorum Gymnasii Elbingani Rectorum, Joh. & Michaëlis Myliorum: Orat. inauguralem de conservanda literarum gloria: De præcipuis beneficiis & successibus, quibus divina Gratia S. R. Mtem. & Remp. Poloniæ universam an. M. DC. LIX. decoravit: Exercit. Philologicam de Originibus Sarmaticis* &c.

ALEXANDER DE ATTIS, *Italus*, Romanus, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, Poëta, Academicus Intrecciatus & Infœcundus, æt. 71. Ejus *Carmina tam Italicô, quàm Latinô Sermone* sparsim edita sunt.

ANNO 1682.

3. Januar. HENRICUS VOLGNADIUS, *Germanus* &c. Dies emortualis 3. Maji in prima Diarii nostri parte deleri poterit.

6. Januar. ARNOLDUS RHUMANNUS, *Danus*, Hafniensis, Phil. Magister, ConRector Scholæ Cathedralis Roëskildensis, postea Theol. ibidem Lector. Ejus est *Roma Attica, sive Assertio Prisciani, Romanos Græcis in omni doctrina autoribus usos: Compendium Rhetorices Reseniana* &c.

16. Febr. JOH. CASP. ZOPFFIUS, *Germanus* &c. Conf. Tomum Diarii hujus primum, & adde; Superintendens Generalis & Gymnasii Inspector, æt. 73. Struxit quoque *Manuductionem ad Eloquentiam, in primis extemporaneum conscribendi ebrias artificium: Disp. de Homine: Solidum fidei fundamentum, quod Deus Sanguine propriô Ecclesiam redemerit* &c.

23. Febr. ABRAHAMUS (non Adamus) VICQUEFORTIUS, *Belga* &c. Vid. partem Diarii nostri primam.

28. Febr. JOACH. NERGERUS, *Germanus* &c. Vid. partem I. & adde; *Dispp. de jure singulari circa res hostiles mobiles in bello à se captas: De Pupillari substitutione: De Exceptionibus: De Pœnis delictorum in genere: De Contractibus quatuor realibus: De contractu reali mutuo: De modis quibusdam securè procedendi in judiciis: De obsessione viæ: De Majestatis crimine ejusq; jure: De jure periculum vitæ imminens adversari occasione propulsandi* &c.

12. Mart. MAURITIUS BRUN, *Danus*, Con-

Conful Wiburgenfis. Adornavit Linguâ Danicâ *Theatrum Gynæcei.*

3. April. *PHILIPPUS LAUE, Pruſſus,* Tülfenfis, J. U. Doctor & Profeſſor Regiomontanus, æt. 60. Edidit *Tract. de Regalibus juridicis: De jure Fiſci: De Legibus: Diſpp. de Pœnis: De Repreſſaliis: De Collectis: De Treuga: De Salvo conductu: De Salva Guardia: De Pecunia, quod non ſit nervus belli: De beneficio competentiæ.*

13. April. *ADAMUS SAMUEL FREISTEIN, Germanus,* Dresdenſis, J. U. Doctor, Auguſti, Ducis Sax. Conſiliarius Aulicus, illuſtris Auguſtei, quod Leucopetræ floret, Inſpector & Jurisprudentiæ Profeſſor, demum Vice-Cancellarius, æt. 52. Zſchornaviæ. Evulgavit *Aphorismos juris ad Inſtituta: Diſp. inauguralem de jurisdictione Eccleſiaſtica,* & fortè quædam alia.

13. Jul. *MICHAEL BUCHENRÖDERUS, Germanus,* Steinfeldenſis, primùm Eccleſiaſtes Griſâ-Ebersdorffenſis, deinde Paſtor & Superintendens Heldbergenſis, æt. 71. miniſt. 44. Prodire fecit *Tractatum de duabus Alis Gog & Magog: Vaticinia de irruptione Gog & Magog in montes Iſraël, horumq́ finali excidio:* Germanicè *Tabellarium volantem de Judæorum Pſeudo-Meſſia: Libellos duos contra P. Marcum ab Aviano, Capucinum: Conc. funebrem in obitum Erneſti Pii, Ducis Saxoniæ, ex Pſalm. XXVII, 4. &c.* Reliquit etiam quædam adhuc edenda.

[…]. Auguſti *WILHELMUS ZESCHIUS, Germanus &c.* Conf. partem Diarii Biogr. primam, & adde *Diſpp. de Moralitate Actuum: De Bello legitimo: De Diſcurſu: De forma corporeitatis, materiæ primæ coæva: Problemata Practica: De Deo ad omnes hominis etiam malas actiones ſine vitio concurrente: De termino vitæ humanæ divinitus præfixo, ex Hiob XIV, 5.*

15. Auguſti *CASP. CRAMERUS, Germanus &c.* Vid. partem Diarii primam, & adde *Diſſertationes quinq́ de Fermentatione, principiis chymicis, Diſtillatione, Digeſtione, Liquefactione, à Juſto Veſto, Med. D. & P. P. editas; Diſp. de Vertigine &c.*

-- Septemb. *SUSANNA ELISABETHA TABORIA, Germana,* Argentoratenſis, Joh. Ludovici Praſchii, Senatoris & Camerarii Ratisbonenſis, Uxor, & Joh. Ottonis Taboris, Cancellarii & Anteceſſoris Giſſenſis filia, æt. 42. Divulgavit ſub literis S. E. P. Gallicè *Conſiderationes Fabularum Romanenſium.*

8. Novemb. *JOH. MICHAEL LANGGUTH, Germanus,* Masbaco-Francus, Phil. Magiſter, primùm Græcæ Linguæ in Gymnaſio Senatorio Profeſſor, mox Diaconus, tum Paſtor Eccleſiæ S. Michaelis Erfurti, nec non Gymnaſii Evangelici Inſpector, æt. 32. Vulgavit. *Diſpp. de Concilii Apoſtolici Canone, ex Act. XV, 28. 29: Tres de jure Dei in homines: De Mendacio: De ſummo Bono:* Germanicè *Libellum precatorium tempore Peſtis.*

20. No-

20. Novemb. JOH. GEORGIUS ROTH, *Germanus*, Eichichtensis Leutenberg. in Comitatu Schvvartzburgico, Phil. Magister, & Adjunctus Leutenburgensis, Theol. Licentiatus, tandem Concionator Aulicus Rudolstadiensis, & Consistorii Assessor, æt. 50. Emisit *Concionem sacram de sanguine Christi, ex 1 Joh. I, 7: Disp. de cultu Dei rejectitio, ex Matth. XV, 9.* &c.

11. Decemb. REINHOLDUS PAULI, *Prussus* &c. Vid. Tomum diarii hujus primum, & adde *Dispp. de Prædestinatione Divina: De puero decenni ad S. Cœnam admisso: De justificatione Sponsoris nostri Jesu Christi* &c.

13. Decemb. ÆGIDIUS STRAUCHIUS, *Germanus* &c. Vid. pars biograph. prima, & adjici possunt sequentia ejus scripta; *Processus Dei judiciarius, ex Genes. XIIX, 20-32: Dubia Historica & Chronologica XVIII. disputationibus proposita: Conciones duæ die Viridium & Dominica Cantate habitæ: Dispp. de Constitutione Metaphysicæ: De Ente ejusq; opposito: De Qualitate: De Oppositis: De Syllogismo: De Definitione: De Pneumatices natura & constitutione: De Voluntate & libero Arbitrio Spiritus: De Affectionibus Spiritus negativis: De descriptione Dei philosophica: De Theologia, sive Spiritus infiniti cognitione naturali: De scientia & ideis Spiritus infiniti: De infinitate & immensitate Spiritus infiniti: De Anima separata: De simplicitate & intellectu Spiritus: De Spiritu ejusdemq; affectionibus in genere* &c.

21. Decemb. JOH. LAURENTIUS FROBENIUS, *Germanus*, primùm Diaconus Biruthinus, deinde Pastor & Superintendens Culmbacensis, æt. 59. minist. 34. Reliquit *Conciones aliquot funebres.*

PETRUS STEUCHIUS, *Suecus*, Sudermannus, Lector Stregnensis, pòst Concionator Regius, tum Pastor in Fogdöön, demum Superintendens Hernosandensis. Emisit *Disp. Synodalem de Peccato: Conc. funebres ex Ezech. XXXIV, 15-18: ex Psalmo XXV, 16. 17. 18: ex Genes. XXXV, 16-20: ex Apoc. XXII, 15-20: ex Psalm. CXLIX.* &c.

JO. CARAMUEL A LOBKOVVITZ, *Hispanus*, Madritensis, Monachus Cœnobii de Dunis, Emmanueli, Portugalliæ ac Belgii Gubernatori, à sacris, Theol. Doctor, ex Ordine Cistercienſium, æt. 76. Composuit & vulgavit libros bene multos, ex quibus *Tabulæ motuum cœlestium & Ephemerides, Mundus idem non idem: Vrania recti linea de Planetis: Joh. Trithemii Steganographia cum clavibus: Severa disputandi methodus: Philippus prudens, Lusitaniæ, Algarbiæ, Brasiliæ legitimus Rex: Theologia regularis, D. Benedicti, Augustini, Francisci regulas commentariis dilucidans: Dominicus, sive historia Dominici à Jesu Maria, Carmelitani exenterati: Liber de laudibus Mariæ Virginis: Musæum mortis, sive de præparatione ad eam: Hierarchia Ecclesiastica de summi pontificis, Patriarcharum &c. electione & promotione: Imperii pax variis consiliis*

agitata:

agitata: *Tractatus de florenti statu Religiosorum: Cursus moralis, seu Theologia fundamentalis: Theol. intentionalis: Theol. Præterintentionalis: Theol. Naturalis: Theologia moralis: Rationalis, sive in Angelici Doctoris summam* meditationes, notæ & observationes &c.

PAULUS FREHERUS, *Germanus*, Norimbergensis, Med. Doctor, Collegii Medici in patria Senior, æt 71. Struxit *Theatrum virorum eruditione clarorum*, opus posthumum.

ANNO 1683.

9. Januar. HENRICUS HARDERUS, *Danus*, Hafniensis, æt. 42. Formavit *Panegyrin in honorem Comitis de Greiffenfeld*, & alia metrica.

14. Januar. LUDOVICUS TORELLUS, *Italus*, Bononiensis, Theol. Magister, Historiographus & Prædicator, Ordinis Eremitani S. Augustini Generalis. Illustravit *Secula Augustiniana tomis VIII.*

9. Martii MICHAEL ETTMÜLLERUS, *Germanus* &c. Vid. Tomum hujus Diarii primum, & adde *Dispp. de corpulentia nimia: De dolore hypochondriaco vulgo, sed falso putato splenetico: De Epilepsia: De malo hypochondriaco: De Medicis balneis artificialibus.*

10. Mart. JOH. CONRADUS ZELLERUS, *Germanus*, Heidenheimensis, Phil. Magister, primùm Diaconus Wildbergensis, deinde Pastor, & Specialis Wildberg. porro Specialis Waihingensis, Abbas Muharmensis, demum Theol. Doctor, Abbas Bebenhusanus, Consiliarius Ducis Wurtenbergici, & Superintendens Generalis, æt. 80. Elaboravit Germanicè *Explicationem summariam librorum Mosis, Josuæ, Ruth, Judicum, Samuelis & Regum: Explicationem summariam librorum Chronicorum, Esræ, Nehemiæ & Esther: Hiobi, Psalmorum, Ecclesiast. Proverbiorum & Cantici Canticorum: In totum Novum Testamentum: Confessionem Sabbathicam: Institutiones Catecheticas: Opus in Confessionem Augustanam: Exegesin in Lutheri Postillam Ecclesiasticam.*

11. Mart. JOH. PLACENTINUS, *Germanus*, Mathem. in Academia Viadrina per XXX. annos Professor. Luci exposuit *Syncretismum Philosophicum inter Cartesium & Aristotelem: Dissert. de calore & motu membrorum corporis humani: Geometriam: Dispp. de Oceani fluxu & refluxu* &c.

28. April. DANIEL CASPARI A LOHENSTEIN, *Germanus* &c. Vid. part. I. & adde inter scripta ejus in lucem data *Arminium, sive Hermannum unà cum illustrissima sua Thusnelda.*

1. Maji. ANTONIUS BRAUDSACK, *Bohemus*, Leimericensis, Ordinis Franciscanorum reformatorum, Phil. &

& Theol. Professor, bis Provincialis, denatus Cremsirii in Moravia, æt. 46. Vulgavit *Philosophiam & Theologiam.*

23. Junii LAGO PETRÆUS, *Danus*, Pastor Ecclesiæ Ubyensis in Fiona. Scripsit *Iter Bethlehemiticum.*

26. Junii MAGNUS GIÖTE, *Danus*, Nobilis, in prædio Fioniæ Avidkild natus, Regis Daniæ in Moscovia Legatus, æt. 46. Composuit *Orationem de bonis Legibus.*

13. Julii FRANCISCUS DE MEZERAY, *Gallus*, Historiographus regius. Forâs dedit linguâ vernaculâ *Breviarium Chronologicum Historiæ Gallicæ: Historiam generalem de Turcis, ad annum 1661. continuatam.*

22. Julii MATTHIAS ANDREAS LAURENTII AB ADLERSHELM, *Germanus*, Lipsiensis, Reip. patriæ Senator & Xenodochii ad D. Johannis Inspector, æt. 66. Habuit *Dispp. de Monarchia: De subditis: De Temperantia: De Magistratu &c.*

6. Augusti CHRISTIANUS HARTSOEKER, *Belga*, Ecclesiastes Remonstrantium Roterodamensis, æt. 56. Confecit Belgicè *Annotationes in Matthæum: in Marcum.*

21. Octob. ANTONIUS BORREMANSIUS, *Belga*, Corinchemensis, æt. 34. Typis subjecit *Variarum Lectionum librum: Dialogum literarium de Poëtis & Prophetis.*

-- Novemb. HENRICUS MÜHLPHORTIUS, *Germanus* &c. Vide partem Diarii nostri primam. Prostat quoque ejus *Vratislavia Heroicô carmine depicta.*

21. Decemb. GERHARDUS BRANDT, *Belga* &c. Conf. partem 1. Parenti ejus assignanda est Historia Reformationis, quam Filio ἀνωνύμως tribuimus.

23. Decemb. JOH. ADAMUS SCHERZERUS, *Germanus* &c. Vid. partem nostram primam, scriptaque ejus sic corrige; *Breviarium Eustachianum Philosophicum, seu Philosoph. in cerasio: Trifolium Orientale, sub specimen Theologiæ mythicæ Ebræorum: Dispp. de Conceptione maculata an immaculata B. Virginis Mariæ Deiparæ: De Fide Baptizatorum infantium: De gloria templi ultimi ex Hagg. II, 6: De merito hominis apud Deum. &c.*

N. DE PARIS, *Gallus*, Canonicus Regularis à S. Genevieve. Edidit *Tractatum de reali præsentia Christi in Eucharistia, contra Claudium: Jo. Scoti Erigenæ de divisione naturæ libros quinque,* & nonnulla alia.

BAGGÆUS VVANDALINUS, *Cimber*, Magstrupensis, Director Scholæ Navigationis Hafn. æt. 62. Ejus est *Oculus Vigil, de fundamentis Nauticis, ad computum Tychonis Brahe.*

ANNO 1684.

28. Januarii BENEDICTUS HOPFFERUS, *Germanus*, Altorffinus, Philos. Magister, primùm juniorum Ducum Wurtenbergiæ & Tecciæ in peregrinationibus Europæis Concionator & Confessionarius, deinde Ethices in Academia Tubingensi Professor, Ducalis item stipendii Theologici Ephorus, tum temporis Acad. Rector Magnificus, æt. 41. Concinnavit *Stricturas Historico-Politicas ad iter German. Danielis Eremitæ: Orationem de præexistentia Animarum ante corpora: Dispp. de Conjuratione septem Persarum: De Senatu Romano, proditionis æquè ac proditoris osore: De Magnanimitate: Trutinam Actuum humanorum: De culpa & obligatione agentium ex metu: De culpa agentium ex ira: De ritu decimationis veterum Romanorum omniq; adeò sortitione ad mortem: De jure jurando: Chinam inhospitalem, seu de mutua peregrinandi & commercandi libertate inter Gentes: De Desperatione: De coërcendo intra terminos Imperio, consilium Augusti: Experimenta Physica: De victu aëreo, seu mirabili potius inedia Chamæleontis: Stoicismum de æqualitate vitiorum explosum: Iconem virtutis moralis in genere: De Ostracismo, honorifico magnorum Virorum exilio: De invito per violentiam: De Majestate: De Monarchia.*

31. Januarii MATTHÆUS LARROQUANUS, *Gallus* &c. Vid. tomum Diarii hujus primum. Scripsit quoque *Animadversiones ad officium sancti Sacramenti: Historiam Eucharisticam: Observationes in Ignatianas Pearzonii Vindicias, nec non Beverigii annotationes: Librum de disciplina Gallorum Reformatorum & veterum unanimi consensu: Adversariorum sacrorum libros tres: Dissert. III. de Photino hæretico & Liberio Pontifice.*

15. Martii AUGUSTUS VARENIUS, *Germanus* &c. Scriptis ejus in Diarii nostri parte 1. enumeratis adjici possunt & illa; *Collegium Theol. controversiarum inter Ecclesias August. Confess. invariatæ, & pæcipuas hujus seculi Sectas Synopticum: Rosæ Provincialis Johannis, Ducis Mecklenburgici, tumulus panegyricus: Dispp. de dicto Job. VI, 63: De Christo Redemptore à mortuis resuscitato, ex Jobi XIX, 25. 26. 27. &c.*

21. Mart. CORNIFICIUS TROLLE, *Danus*, Nobilis, in prædio Sællandiæ Walloë natus, Eques auratus & Consiliarius Regius, æt. 56. Paravit *Parentationem Chistiano V. Principi Daniæ.*

31. Mart. GOTHOFREDUS FRIDERICI, *Germanus*, Vratislaviensis, Silesius, Phil. Magister, in patria Concionator, Consistorii Ecclesi. Assessor, &

& Gymnasii ibidem Professor, æt. 47. offic. 18. Habuit Præses *Dispp.* varias, ex quibus sunt *de justitia & jure: De moralitate actuum humanorum &c.*

2. April. *JOH. DABERG*, *Danus*, Phil. Magister, Theol. Lector Bergensis. Vertit in vernaculam linguam *Cornelium Nepotem de viris illustribus.*

8. April. *MARTINUS STUBRITZ*, *Germanus*, Radeburgensis, Poëta Laur. Cæsareus, Advocatus, postea Syndicus Budisfinus, æt. 59. Vulgavit *Poëmata varia Latina & Germanica.* Vertit Germanicè unà cum aliis *Horatium.*

26. April. *ARNOLDUS PASCHIUS*, *Germanus*, Rostochiensis, Phil. Magister, Scholæq; patriæ Conrector, æt. 28. Præses ventilavit *Dispp. de Concilio Nicæno primo: De S. Athanasio: De Novatianismo.*

2. Maji. *JOH. GEORGIUS SCHIEBEL*, *Germanus*, Poëta Laur. Cæsareus, Phil. Magister, Ludimoderator & Cantor Radeburgensis. Scripsit *Amœnitates Historicas: Secretum Secretorum, omnes homines quàm primum pios efficiendi: Considerationem politicam de Disciplina juventutis*, linguâ populari.

9. Maji *CHRISTIANUS PAPENIUS*, *Germanus*, Phil. Magister, Scholæ Catharineæ Brunsvicensis Conrector, demum Rector, æt. 43. Reliquit *Q. Curtii Rufi Orationum quatuor analysin Rhetoricam; M. Tullii Ciceronis selectiorum Epistolarum, ad ductum Rhetoricæ Aristoteleæ, resolutarum decadem primam: Disp. de simplici Entis theoria.*

15. Maji *N. DU BUCHET*, *Gallus*, Genealogista & Historicus, æt. 85. Scripsit linguâ vernaculâ *Historiam Genealogicam Regiæ Domus de Courtenny: Historiam & probationes Illustris Domûs Cologny &c.*

-- Jun. *HENRICUS CONRADI*, *Germanus*, Geranus, Theol. Licentiatus, primùm Concionator Sabbaticus Lipsiensis, deinde Geranæ Diaconus & Consistorii Assessor, demum ibidem Superintendens & Inspector. Dedit *Dispp.* aliquot, & inter illas *gradualem de fabrica salutis & templorum spiritualium, ex Ephes. II, 20. 21. 22: Conc. funebr. ex Jacobi I, 12. &c.*

26. Jul. *HELENA LUCRETIA CORNARA* sive *CORNELIA*, *PISCOPIA*, *Veneta*, Virgo Nobilis, Phil. Magistra, Ordinis S. Benedicti, Ebrææ, Græcæ, Latinæ, Hispanicæ, Gallicæ & Arabicæ peritissima, in Theologia, Mathesi aliisq; scientiis ad stuporem versata. In Academias sive Societates literarias Intronatorum Senensium, Recuperatorum Patavinorum, Infecundorum Romanorum, Dodonæorum deniq; & Pacificorum Venetorum recepta, æt. 38. In eam nonnemo hoc scripsit Epigramma;

Sunt Helenæ geminæ: Sancta altera, & altera pulcra;
Moribus & formâ tertia utramque refert.
Crux penes est Helenam; penes est te gloria Christi:
ô Helena; illi crux cedit, & illa tibi.

Composuit *Orationem quinque linguis de Astronomia, aliisq; scientiis: Discursus Academicos, seu Problemata aliquot in Conventibus Academicis ab ea resoluta: Inscriptiones Latinas, seu magnorum Virorum elogia: Epistolas Italicas ac Latinas: Tractatum mysticum, seu colloquium Christi cum anima devota, ex lingua Latina in Italicam translatum.* Opera ejus nuperrimè junctim prodierunt.

9. Augusti TITUS BULLICHIUS, *Danus*, Hafniensis, Consul urbis patriæ. Scripsit *de Regno Daniæ Orationem.*

21. Augusti JOH. WILHELMUS ANDREÆ, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. Magister, Ecclesiæ in patria Gregorianæ, vulgo Mercatorum, primùm Adjunctus, deinde Pastor, æt. 41. Foràs dedit *Dispp. de Angelis: De subsistentia seu hypothesi, aliisque materiis Philosophicis.*

10. Septemb. WILHELMUS STRATMANNUS, *Germanus*, Dissâ-Osnabrugensis, Phil. Magister, primum Episcopi Osnabrug. per sexennium Ecclesiastes Aulicus, deinde XVI. annos Pastor primarius Civitatis Gronaviensis, in districtu Hildesiensi, æt. 55. Adornavit *Historiam Ecclesiasticam: Rhetoricam Ecclesiasticam: Theatrum Logicum: Metaphysicum: Physicum: Quæstiones Ethico-Politicas: Quæstiones Ethicas: Politicas: Theatrum historicum: Quæstiones vexatas sive Academicas.*

18. Septemb. JO. ANTONIDES VAN DER GOES, *Belga*, Poëta, æt. 84. Lusit idiomate patriô *Poëmata varia.*

30. Septemb. JOH. BENJAMIN SCHILTERUS, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. Magister, primùm Concionator in patria Sabbaticus, tum Diaconus ad D. Wenz. & Archidiaconus, tandem Pastor primarius & Inspector Numburgensis, æt. 52. Vulgavit *Conc. Pœnitentialem, ex Deuter. XXI, 1-8: De divino judicio, ob commissum homicidium: Conciones funebres ex Psalmo XXXII, 10. &c. Disp. ad cap. V. libri XVII. Noctium Atticarum A. Gellii,* & nonnulla alia.

4. Novemb. JOH. ADAMUS KREBSIUS, *Germanus*, primùm Pastor Ernstrodæ & Frimariæ in Ducatu Gothano, pòst Adjunctus & Inspector Ecclesiarum, deinde Pastor & Superint. Ichtershusanus, demũ Ecclesiastes Aulicus & Assessor Consistorii Meiningensis, æt. 52. Præter alia struxit *Monumentum Ducale Saxo-Hassiacum.*

5. Novemb. JEREMIAS LOSSIUS, *Germanus* &c. Vide partem Diarii hujus primam, & adde *Dispp. de Arthritide: De cancro Mammarum: De Erotomania: De Glandulis: De Glandularum passionibus: De Hydrophobia: De Iliaca passione: De inflammatione: De Lue Venerea: De morbis Idealis: De Nuce Vomica: De Salivæ natura & usu: De tertiana continua: De Scaphismo Persarum &c.*

DAVID PESTELIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, Feudorum & Codicis in Academia Rinthelensi Professor, Facultatis suæ & totius Acad. Senior, nec non Consiliarius Lippiaco-Schaumburgicus, ætatis circiter 80. Sub ejus præsidio habitæ sunt haud paucæ *Dispp.* e. g. *de Expensis victoriæ sive expensis temerariis: De Fructibus: De juramento litis decisorio: Decadem Specierum facti &c.*

HERBERTUS RUDOLPHI, *Germanus*, primò Superintendens & Præpositus Wunstorffensis, deinde Coadjutor Brunsvicensis, tandem Superintendens Generalis Holzmindensis, & Abbas Amelunxbornensis. Reliquit *Conciones funebres ex II. Timoth. IV, 6.7.8: ex Esaiæ XXXVIII, 10-14: ex Dan. XII, 2.3: ex Rom. XIV, 7.8.9: ex Psalmo LXXIII, 25.26: ex Hiob XIX, 25.26: ex I. Job. II, 1.2: &c.*

ABRAHAM CALOVIUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, Phil. Magister, æt. 19. Conscripsit & edidit *Dispp. de Angariis veterum, ex Matth. V, 41. XXXVIII, 32: De selenolatria, à Propheta Jeremia c. VII, 18. & XLIV, 17. sqq. improbata: De crudelissima destructione Arbelæ à Salmanassare facta, ex Hos. X, 14: De πυρολατρίᾳ Persarum.*

ANNO 1685.

3. Jan. CORNELIUS BONTEKOE, *Belga* &c. Conf. primam hujus Diarii partem, scriptisq; ejus adde *Metaphysicam & librum singularem de Motu, nec non ejusdem Oeconomiam animalem, opera posthuma.*

13. Jan. JACOBUS HENRICI BRENNERUS, *Suecus*, Ostrobothniensis, primùm Concionator Castrensis in bello Germanico, pòst Pastor & Præpositus Cronobyensis, æt. 78. minist. 55. Vulgavit sermone patriô *Gaudium Natalitiorum Christi.*

10. Mart. WERNERUS THEODORUS MARTINI, *Germanus* &c. Vid. partem I. Reliquit insuper *Dispp. de Agricolis: De Auctione voluntaria: De libera Imperiali Nobilitate Franconiæ, an status Imperii dicenda sit? De ortu & progressu juris Justinianæi: De quæstionibus & torturis: De Sanctitate & justitia Legum Romanarum; De Servitutibus &c.*

11. Mart. DANIEL LANGHUS, *Germanus*, Altenburgensis, Phil. Magister, Archidiaconus Eisenbergensis, æt. 46. Typis subjecit *Dispp. aliquot: Conciones funebres ex Psalmo XXVII, 1. aliisq; S. Scripturæ locis.*

13. Martii. OLAUS ROSENKRANTZIUS, *Danus*, L. B. de Egholm, Toparcha de Engaard, Eques auratus, Regis Daniæ Consiliarius intimus, æt. 63. Adornavit *Statum Triumphalem memoriæ Nicolai Trolle: Apologiam Nobilitatis Danicæ, contra Francisc. Freneæum & Joh. Bunonem:* Suppressô nomine *Responsionem Nobilitatis, ad Epistolam de ordine subditorum in Dania.*

17. Mart. LUDOVICUS LIEBHARDUS, *Germanus* &c. Vid. finem hujus anni, in Diarii nostri parte prima. Plenius autem ita: Salburgensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Collega, deinde Hist. Prof. Baruthinus, tum Superintendens Monchbergensis, demum Pastor & Superintendens Culmbacensis, æt. 50. offic. 23. Ejus quoq; est *Oratio de Superintendentibus Baruthinis: Historia inter Protestantes invariatæ August. Confessioni addictos, & Calvino-Reformatos: Commentatio in Salustii primordia.*

29. April. LUCAS D' ARCHERY, *Gallus*, Congregationis S. Mauri, æt. 76. Emisit *Barnetæ Epistolas, cum notis P. Merani: Vitam & opera Lanfranci Archiepiscopi Contorbiensis: Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti &c.*

10. Jun. PETRUS SCAVENIUS, *Danus*, J. U. Doctor & Professor Hafniensis, tum Regis Daniæ Procurator Generalis, nec non Consiliarius Status & Justitiæ, æt. 62. Scripsit *de Sponsalibus: De re militari veterum disquisitionem juridicam: Designationem Bibliothecæ.*

12. Jun. ANDREAS FABRITIUS, *Germanus*, Marchicus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, primùm ad D. Johannis Diaconus, dein Archidiaconus, & Ministerii Magdeburgensis Senior, in Societate der Teutschgesinnten dictus Theander, æt. 51. Formavit germanicè *Coronam Pœnitentiæ spiritualem: Pestillam Conscientiarum Epistolarem: Conciones funebres ex Dan. XII, 3.* aliisq; Scripturæ sacræ locis.

16. August. THEOPHILUS COLERUS, *Germanus*, Lipsiensis Misnicus, primùm Scholæ Numburgensis Rector, deinde Pastor ad D. Ægidii Osterodensis, demum &c Vid. partem Diarii hujus primam. Reliquit quoque *Studiosi simulacrum in Formica verbis numeratis repræsentatum: Disp. de Philologia &c.*

- - Septemb. THEODORUS CRUSIUS, *Germanus*, Mitvveilâ-Misnicus, primùm Bornæ Cantor, dein ibidem Diaconus atque Senior, æt. 55. Vulgavit *Carmina Græco-Latina in Evangelia Dominicalia: Conciones aliquot funebres.*

11. Octob. GERHARDUS BRANDT, *Belga*, Senior, Ecclesiæ Remonstrantium

tium apud Amstelodamenses Pastor. Confecit sermone populari *Historiam Reformationis in Belgio: Defensionem contra accusationes Henrici Rulei: Diarium historicum.*

22. Novemb. CASP. THEODORUS ROMANUS, *Germanus*, Lipfiensis, J. U. Doctor & in Academia patria Antecessor, æt. 39. Habuit Præses *Dispp. de Adjecto: De Nocte: De Pædagogio &c.*

23. Novemb. CASP. FRIDER. NACHTENHÖFER, *Germanus*, Halensis Saxo, primùm Diaconus Mederensis, tum Pastor & Adjunctus ibidem, demum Ecclesiastes Coburgensis & Sub-Senior. Notæ sunt ejus *Vergiliæ, sive Plejades sacræ in Evangelia.* Germanicè edidit *Tentamen Postillæ Christiano-Evangelicæ, ubi Christus & Christianismus delineatur.*

17. Decemb. CHRISTOPHORUS SOMMER, *Germanus*, Thuringus, Phil. Magister, primò Rudolstadiensis Diaconus, tum Pastor Allendorfensis & Superintendent. Rudolstad. Adjunctus, æt. 39. In publicum emisit *Epilogos piè defunctorum, sive Scholam Exemplarem mortis: Dispp. de natura jejunii: De pœnis Brutorum &c.*

SEBASTIANUS GOEBELIUS, *Germanus*, Dresdensis Saxo, primùm Lipsiæ ad S. Nicolai Concionator Sabbaticus, deinde Theol. Doctor, & Cœnobii Bergensis Abbas. æt. 57. Ejus est *Methodologia homiletica, seu de arte concionandi; Dispp. de Pactis & Fœderibus Dei cum hominibus: De analysi textuũ:* Germanicè *Christianæ vitæ Regulæ: Thesaurus Evangelicus: Cibus fæminarum Cœlestis, sive Sacer orandi & cantandi libellus.*

LAMBERTUS VELTHUSIUS, *Belga*, Vltrajectinus, Med. Doctor, in patria Scabinus, demum privatam degens vitam, æt. 63 Exaravit *Tractatum de Justitia divina & humana: Dissert. de usu Rationis in rebus Theologicis, & præsertim in interpretatione Scripturæ: Tract. moralem de naturali pudore & dignitate hominis: Librum de Prædestinatione & Gratia: De officio Pastorum, De jure Magistratus, De autoritate Ecclesiæ: Tractatum de Idololatria & Superstitione: Jus Christianorum belligerandi: Tractatũ de Articulis fidei fundamentalibus: Specimen retorsionis calumniarum: Refutationem Crellii de Satisfactione Christi: De initiis primæ Philosophiæ, juxta fundamenta Cartesii: De principiis justi & decori: Disp. de finito & infinito pro Cartesio: De quiete Solis, & motu Terræ: Probationem, quod neque Doctrina de quiete Solis, & motu terræ, neq; principia Renati des Cartes, verbo Dei sint contraria, contra Joh. de Bois: Tract. duos, unum de Liene, alterum de Generatione: De cultu naturali & origine moralitatis, contra Spinosam.*

JO. JOACHIMUS BECHERUS, *Germanus*, Spirensis, Med. Doctor, in Academia Moguntina Professor, & tam Electoris Moguntini, quàm Bavari Archiater, nec non S. Cæs. Majestatis Consiliarius Cameræ & Commer-

merciorum, denatus Londini, ut referunt, in exilio. Congessit *Physicam subterraneam, ejusdemq; supplementa: Experimentum chymicum novum: Prodromum historiæ, mediante arenâ litterali, extrahendi aurum per modum Mineræ perpetuæ: Organon Philologicum, pro verborum copia acquirenda: Methodum dicatticam ejusdemq; praxin: Oedipum chymicum: Aphorismos ex Danielis Sennerti Institutionibus collectos: Institutiones chymicas, seu manuductionem ad Philosophiam Hermeticam: Panegyricum Atlanti Medico, D. Ludovico de Hornick dictum: Psycholophiam, sive de Sapientia Animæ: Characterem pro notitia Linguarum universali:* Germanicè *Metallurgiam, de natura Metallorum: Parnassum Medicinalem illustratum: Discursum Politicum de incrementis & decrementis urbium, regionum & rerump. earumq; causis præcipuis: Stultam Sapientiam, & Sapientem stultitiam: Urnam sortis fortuitæ chymicã, seu concordantiam chymicam, & collectionem majorem 1500. Processuum chymicorum: Elaboratorium chymicum; Elaboratorium portatile &c.*

ANNO 1686.

7. Jan. ERASMUS BYSSINGIUS, *Danus*, Philos. Magister, Ecclesiæ Christian-Hafniensis pastor primarius, æt. 54. Edidit *Concionem parentalem in obitum Ottonis Schade, Consiliarii regii.*

10. Jan. ANDREAS MLODZIANOWSKI, *Lithuanus*, S. J. primùm Rhetorices, deinde Theol. Moralis Professor, tum Scholarum Præfectus & Concionator, æt. 60. Soc. 44. Edidit *Librum Elogiorum*, quem ita inscripsit; *Suppetiæ militares ex Divis Polonæ Lithuanæq; gentis Tutelaribus: Domestica Ducatus Samogitiæ ornamenta.*

14. Januarii SEVERINUS CAPELLINUS, *Cimber*, Rector Scholæ Neoburgensis. Is publici juris fecit *Dissertationem aliquot Physicas de Vacuo, aliisque materiis, Cartesio oppositas.*

- Febr. JOSUA ARNDIUS, *Germanus*, Phil. Magister, Poëta Cæsareus, primùm in Academia Rostochiensi Logices Professor, pòst Concionator Aulicus Gustroviensis, æt. 61. Exire jussit *Dialogum σπουδογέλοιον contra Henotas: Excercitationem de erroribus Claudii Salmasii in Theologia: Scaligerorum Genealogiam: Miscellaneorum Sacrorum librum: Dissert. de contemptu Philologiæ: Artificium Oratorium: Notas in trutinam Statuum Europæ Ducis de Rohan: Libellum de frequenti Communione, sive non recto usu Cœnæ Dominicæ, & defectu veræ confessionis in Ecclesia Christiana passim: Demonstrationem Anti-VValenburgicam, Ecclesiam Romanam deserendam, Evangelicorum doctrinam esse amplectendam: De forma Christi libellum: Manuale Legum Mosaicarum: Tract. de*

Superstitione: *Panegyricum Gustavo Adolpho, Duci Mecklenburgensi, ex peregrinatione reduci, scriptum*: *Diatribam de mysterio Trinitatis è scriptis Rabbinorum veterum, pro orthodoxia contra Christomachos*: *Lexicon Antiquitatum Ecclesiasticarum*: *Querelam de Neutralitate sacra.*

.. Mart. JOH. FRIDERICUS, MARCHIO BRANDENBURGENSIS &c. æt. 32. Onolsbachi. Prelo subjecit quædam scripta germanica, inter quæ inscribitur; *Canis Bolonienfis*: sub nomine ISIDORI FIDELIS, *Mancipium suave ac sibi sufficiens &c.*

23. April. LAURENTIUS FRIDERICUS PERINGERUS, *Germanus*, Weissenfelsâ-Francus, Poët. & Hist. in Gymnasio Stregnensi Lector, æt. 73 Scripsit *Septentrionalem Elegum in obitum Caroli Gustavi Regis Sueciæ*: *Odas, & alia.*

27. April. ANTONIUS REISERUS, *Germanus* &c. Vid. Diarii part. 1. Ejus quoque sunt sequentia; *Causæ non causæ, sive iterata admonitio, quid de P. Ottonis causis judicandum, quibus Evangelicos ad Religionem Romano-Catholicam persuadere nititur*: *Sabbaticum lumen & jus, ex V. & N. Testamento deductum*: *Biblia parva, sive Catechismus dictorum*: *Memoria Gothofredi Goesii, Ministerii Hamburgensis Senioris.*

28. April. ANDREAS OVERBECKIUS, *Germanus*, Bocnemiâ-Hildesiensis, Phil. Magister, Ducis Brunsv. & Luneb. Augusti Concionator Aulicus, & Consistorii Guelpherbytani Assessor, inde per unum duntaxat annum Abbas Amlunxbornensis, & Superintendens in Diœcesi Weserana Generalis, obiit Holmindæ. Emisit Præses *Disp. de spontaneo & invito*: *Conciones funebres ex II. Corinth. V, 1. 2*: *ex Philip III, 20. 21*: *ex Esaiæ LVII, 1. 2*: *ex Psalmo XXV, 17. 18*: *ex II. Timoth. IV, 7. 8*: *ex Psal. LXXIII, 25. 26*: *ex Psal. XXV, 21. 22*: *ex Psal. XXXIX, 10. 11. 12*: *ex Sapient. III, 1. 2. 3*: *ex Psalmo LXIX, 17. 18 19*: *Concionem in Evangelium Jubilate*: Edidit etiam scriptum germanicum *de Controversiis nostri temporis*, cui tamen nomen suum non præfixit. Titulus, nî fallor, est; **Blumen-Leser.**

8. Junii JOH. QUIRSFELDIUS, *Germanus*, Dresdensis, primùm in Schola patria collega tertius & Cantor, tum Archidiaconus Pirnensis &c. Vid. Diarii nostri Tom. 1. Struxit etiam *Venam novam ex aurifodina mathematica de sono*: *Thesaurum cordis Evangelicum*: *Libellum precatorium, hortum myrrheum dictum*: *Pectus pœnitentiale*: *Scaturiginem spiritualem*: *Cœlestem Societatem horti*: *Suavissimum Solatium*: *Scholam passionalem &c.*

10. Junii EDUARDUS PHILIPPI, *Suecus*, Ostro-Gothus, primùm Legationum in Germaniam, postea Regius, mox Statûs Secretarius, hinc Consiliarius Aulæ, tum Cancellariæ, & Nobilis, cognomentô EHRENSTEEN, demum Aulæ Regiæ Can-

Cancellarius, Legatus extraordinarius in Angliam, Belgium fœderatum, & ad Pacis Tractatus Coloniæ habitos, æt. 66. Publicavit *Orationem in natalem Christinæ Reginæ: Orat. in diem Coronationis Ejusdem:* Sub nomine ERNESTI PACIANI, *Epistolam responsoriam ad Polonicum Legatum, Christoph. Przimiski, de oratione ad Sereniss. Regem Sueciæ Carolum habita: Declarationem, quâ Ordinum Generalium injuria Residenti Appelbomio illata vindicatur, in modum responsi, ad literas dictorum Ordinum: Vitam Caroli Gustavi, Sueciæ Regis, post conc. funebrem recitatam: Memorabilia varia Mediationis & Pacis negotium concernentia &c.*

8. Augusti JOH. GABRIEL SCHMIEDT, *Prussus*, Dantiscanus, Med. Doctor, æt. 25. ex peregrinatione redux, Helmstadii. Emisit *Dispp. de Lumine Lunari: De Valvulis vasorum, eorumq; structura: De Venæ Sectione in Apoplexia.* Paravit *Continuationem libri Jo. Anton. van der Linden de Scriptis Medicis: Tractatum de Medicis Gedanensibus*, sed in lucem mittere mors immatura prohibuit.

12. Augusti JOH. BAPTISTA COTELERIUS, *Gallus*, Sorbonicæ Societatis, Theol. & Linguæ Græcæ Professor. Publicavit *Joh. Chrysostomi homilias quatuor in Psalmos: Opera Sanctorum Patrum: Ecclesiæ Græcæ monumenta &c.*

5. Septemb. JOH. GEBHARDUS, *Germanus*, Güsterdingensis Suevus, Phil. Magister, primùm Diaconus Durlacensis, dehinc Pastor Badenvvilensis, tum Blansingensis, postremò Rötelensis, & hujus Diæceseos Superintendens, æt. 84. minist. 60. Ex XVI. liberis quinque Ecclesiastes, LXXX. Nepotes, VII. Pronepotes maximo cum gaudio vidit. Ejus habentur *Assertiones de Socero Mosis: Quæstiones de Concilio Apostolorum*, à celeberrimo Viro, Joh. Fechtio, Concionatore Aulico Badensi & Prof. evulgatæ.

12. Septemb. JANUS BIRCHERODIUS, *Danus* &c. Videatur pars Diarii Biogr. prima. Extant etiam illius lucubrationes sequentes; *Anti-Burnetus de opere Creationis diei tertii atque telluris forma, aquarum altitudine & copia, contra T. Burnetum Anglum: Lumen historiæ sacræ V. & N. Testamenti per tabulas Chronologicas repræsentatum, contra Rich. Simonem & Isaacum Vossium: Conciones Latinæ in præcipua Festa anniversaria.*

2. Octob. BALTHASAR BEBELIUS, *Germanus* &c. Conf. Diarii hujus partem primam, & adde *Dispp. de Lapsorum pœnitentia, ex Apoc II, 4. 5: De Miraculis Gentium: De Theologia Joh. Baptistæ, ex Matth. III, 2: De vera Theol. Johannæa, ex Joh. XX, 30: De* γυναικοβαπτίσμῳ *rato, recto ac iterato: De Enthusiasmo: De Theologia Danielis, judice Deo: De unitate Ecclesiæ & Libertate rituum Ecclesiasticorum, ad articulum VII. August. Confessionis: De Fide hypocritica &c.*

14. Octob. CAROLUS LITHMANNUS, *Suecus* &c. Vid. partem Diarii hujus primam.

4. Novemb. ROBERTUS BACON, *Anglus*, Artium Magister, in Collegio, quod Oxoniæ est, corporis Christi socius, Concionator olim Bufsletonensis prope Bristolium, & postea in oppido Windforiensi, æt. 75. Vulgavit *D. Roberti Gell opera posthuma*, & forsan quædam alia.

5. Novemb. JOH. JACOBUS KREBSIUS, *Germanus*, Ernstrodâ-Thuringus, Phil. Magister, æt. 22. Reliquit *Synopsin Politices: Disp. de fine Rhetorices.*

22. Novemb. JOH. LECHELIUS, *Germanus*, Brunsvicensis, Med. Doctor & in Patria Practicus, æt. 51. Ab eo est *Adumbratio Pestis: Introductio de intempestiva venæ sectione: Observat. de Cachexia desperata: De Hydrocephalo, vitio spinæ bifidæ: De Steatomate mesenterii &c.*

25. Novemb. NICOLAUS STHENONUS, *Danus*, Hafniensis, Med. Doctor, susceptâ Religione Romano-Catholicâ, Episcopus Pontificius Hannoverensis, sub regimine Ducis Brunsvigo-Luneburgensis, Joh. Friderici, eidem Religioni addicto. Titulum præterea Episcopi Titionopolitani à Pontifice Romano nactus, æt. 59. Ejus sunt *Observationes Anatomicæ de Glandulis oris: Responsio ad Vindicias Hepatis redivivi, contra Deusingium: De Glandulis oculorum, novisque earundem vasis observationes anatomicæ, cum appendice de Narium vasis: De Musculis & Glandulis observationum specimen, cum epistolis de Anatomia Rajæ & Vitelli in intestina pulli transitu.*

10. Decemb. MELCHIOR ZEIDLERUS, *Prussus* &c. Vid. part. 1. & adde *Refutationem Tubæ Pacis: Notas & animadversiones in scrutinium Veritatis: Dispp. de Regeneratione: De primo principiorum demonstrationis essentiali requisito: De Conversione Propositionis contingentis universalis negativæ* &c. Quædam alia ejus scripta propediem prodibunt.

22. Decemb. JOHANNES ERICI STREGNENSIS, *Suecus* &c. Præter scripta, in tomo Diarii hujus primo recensita, edidit quoque *Dispp. de Anima in genere: De Politicæ natura in genere: De Ente in genere: De Stellis: De motu corporis naturalis: De Cælo: De natura Elementorum: De Sensibus in genere & in specie de Auditu: De Astronomia generali: De Substantia: De Societate Civili: De Elemento aëris specialiter considerato: De natura & constitutione scientiæ naturalis: De principiis corporum naturalium internis in genere, & de materia in specie: De Accidente in genere: De Mixtione: De Virtutibus moralibus in genere: Orationem de Eloquentia.*

FRANCISCUS PLACENTIA, *Italus*, Neapolitanus, J. U. Doctor, Geographiæ Professor Mutinensis. Prodiit ejus Opus posthumum, sermone po-

populari consignatum, cui titulus; *Mare Ægæum redivivum, seu chorographia Archipelagi, cum brevi descriptione Græciæ, Moreæ, Candiæ & Cypri.*

HERMANNUS SCHUCKMANNUS, *Germanus*, Theol. Doctor, ejusdemq; in Academia Rostochiensi Professor, novissimè Pastor & Superintendens Mecklenburgensis Generalis. Reliquit *Theologiam compendiosam didacticam & elenchticam: Dispp. de Decalogo: De mysterio Paulino: De Pace: De Voluntate Dei benefica, deq; actu gratiæ & misericordiæ divinæ certo libero ac gratuito, ex Exod. XXXIII, 19: De lucta Carnis & Spiritus, ex Galat. V, 17: De Canonica Verbi divini scripti majestate* &c.

CASPARUS VVEISERUS, *Danus*, Phil. Magister, Rector Scholæ Londinensis in Scania, & Academiæ Carolinæ ibidem Professor, inde Theolog. Lector Christianiensis. Conscripsit. *Dispp. de Mundo: De corporis naturalis causis per accidens: Lauream Apollinis & Musarum Londinensium: Musarum tripudium in Caroli XI. Regis Sueciæ Coronationem &c.*

JACOBUS OISELIUS, *Belga* &c. Vide partem hujus libelli primam, & adjice *Orationem in obitum Jacobi Altingii: Notas ad IV. Institutionum juris libros Caji JCti.*

JOH. ROSENMÜLLER, *Germanus*, Saxo, Ducum Brunsvicens. & Luneb. Musicus Wolfenbyteli. Edidit *Musicam studiosorum; Cantilenas varias.*

ANNO 1687.

30. Januari JOH. ADAMUS SCHRAGIUS, *Germanus*, Argentoratensis, J.U. Doctor, diversarum Personarum illustrium atque Reip. patriæ Consiliarius & Advocatus, sæpe Legatus, æt. 70. Conscripsit multa, quæ vel præfixô ejus nomine, vel suppressô, publici juris facta sunt, cùm Philologica & Historica, tum juridica, ex quibus mihi solummodo innotuit *Disputatio Synoptica universi Juris Feudalis: Inauguralis de Assecurationis contractu.*

11. Febr. JOH. ALBERTUS PORTNERUS A THEUREN, *Germanus*, Ratisbonensis, in patria primùm Consiliarius, deinde Senator, tum Consul, Curiæ ibidem Tutelaris Director, sæpe Deputatus. Præterea S. Cæs. Majestatis & Ducis Wurtenbergensis Consiliarius, demum Consilii Imper. Aulici Assessor Viennæ, æt. 59. offic. 30. Consignavit literis *Orationem de Pace Augusta: Vitam Francisci Guyeti, sub nomine* ANTONII PERIANDRI RHOETI: *Poëma, seu ominosum somnium, in funere Hieronymi Bignonii explicatum; Panno-*

niam felicibus auspiciis Divi Leopoldi Imp. debellatam: Elegia in obitum Jo. Casp. Lenzii, & nonnulla alia.

26. Febr. FRANCISCUS DE LANA, *Italus*, Brixiensis, S. J. Romæ Humaniorum literarum, Phil. & Mathem. Professor, æt. 56. soc. 40. Fecit Italicè *Prodromum, sive specimina novarum Inventionum artis Magistræ, de principiis Philosophiæ naturalis: Tomum primum & secundum Magisterii Naturæ & Artis*. In tertio autem tomo elaborando vivere desiit, cæterorum (siquidem XI. volumina consignare in animum habuit) spem nullam relinquens.

6. April. LAURENTIUS STRAUSSIUS, *Germanus*, Vlmâ-Suevus, Med. Doctor, Landgravii Hassiæ in Aula Darmstadina Archiater, inde Med. ac Physices in Acad. Giessensi Professor, æt. 54. prof. 25. Francofurti ad Mœnum. Concinnavit *Encomium Rosæ, oratione inaugurali exhibitum: Resolutionem Casus Mussipontani, fœtus extra uterum in abdomine retenti, tandemq; lapidescentis: Conatum anatomicum: Cursum Medicum per universum artis Medicæ campum institutum: Exercitationes Medicas: Microcosmographiam metricam, sive humani corporis historiam, versu elegiacô redditam: Isagogen Physicam: Palæstram medicam practicam: Joh. Schenckii à Graffenberg observationum medicarum volumen, novis observationibus auctum: Fabri Glissenti tractatum de Lapide Philosophorum Latinitate donatum*. Ex lingua Gallica vertit *Kenelmi Digbæi orationem de Pulvere sympathetico: Dispp. de Ciconia: De Ovo Galli: De Elementis: De meteoris in genere: De Indivisibilibus: De monstro: De necessaria morbi cognitione: De methodo medicinali in genere: De Strangu-ria uteri: De quantitate: De materia prima &c.*

8. April. LUDOVICUS BARCLAIUS, *Germanus*, Rostochiensis, in patria ad D. Mariæ Archidiaconus, æt. 39. Vulgavit *Conciones aliquot funebres ex Jerem. LI, 9. 10: ex II. Timoth. IV, 7. 8: ex Apoc. XXII, 20.*

17. April. JUSTUS BALTHASAR HABERKORNIUS, *Germanus*, Giessensis Hassus, Theol. Doctor, Pastor & Inspector Alsfeldensis. Emisit *Demonstrationes dissensus fundamentalis inter Lutheranos & Calvinianos, inprimis de S. Cœna Domini, contra Sebastianum Curtium: Rejectionem & expurgationem quisquiliarum, quibus Anonymus quidam Papista Conradi Dieterici opus Catecheticum contaminare conatus est.*

5. Maji. JOH. HASBERGIUS, *Germanus*, Osnaburgensis, J. U. Doctor, primùm in patria Gohgravius, deinde Syndicus Hervvordiensis, æt. 76. Præsidendo habuit *Dispp. de Appellationibus: De querela inofficiosi Testamenti &c.*

- Maji HENRICUS DRINGENBERGIUS, *Germanus*, Phil. Magister & Moral. Professor in Acad. Rostochiensi. Vulgasse *Notas in panegyricum Plinii* di-

dicitur. Conscripsit *Dispp. aliquot Philosophicas.*

9. Jun. *JOH. CHRISTORHORUS LICHTNERUS, Germanus*, Niemesio-Bohemus, Phil. Magister, Minoris Principum Collegii Collegiatus, & Lipsiæ Facult. Phil. Senior, æt. 61. Emisit *Annales Lipsienses ab anno 1638. ad 1673: Dispp. de Luce: De Lumine: Historiam ἀποθεώσεως Gentilitiæ &c.*

27. August. *ADAMUS TRIBBECHOVIUS, Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, primùm in Academia Kiloniensi Historiæ sacræ ac civilis Professor, tum Theol. Doctor, Ernesti, Ducis Soxoniæ, Consiliarius Ecclesiasticus, demum Gothæ Superint. Generalis, æt. 46. Paravit *Exercitationes ad Baronii Annales Ecclesiasticas: Memoriam Menonis Hanneke-nii, Superint. Lubecensis: Dispp. de Doctoribus Scholasticis: De Historia Chiliasmi: De ordine superiorum potestatum Ecclesiasticarum veteris Ecclesiæ: De impositione Manuum: De Bombyce: De causis & ratione formali virtutis in genere: De concursu Dei: De intellectu: De Veritate Creationis mundi: De Commerciis: De Angelis: De Apparitionibus Spirituum, ex Act. XII, 15: De Philosophia Morum inter Barbaros præcipue Orientales: De Jesu Christo, unica via, veritate & vita, ex Joh. XIV, 6: De exemplo regnatricis prudentiæ Augusti, in novo imperio quærendo, constituendo, tuendo: De defectu luminis naturæ in assequendo augustissimo SS. Trinitatis mysterio, ex veterum Philosophorum sententiis: De Jesu Christo, Domino ac Deo nostro:* Germanicè *Amorem crucifixum, seu meditationes Passionales: Speculum gaudii, ex Phil. Nicolai scriptis collectum: Conciones funebres ex Joh. XI, 25: ex Rom. VIII. 38: ex II. Timoth. IV, 7. &c.*

10. Septemb. *DAVID CLODIUS, Germanus* &c. Vid. partem Diarii hujus primam, & adde; æt. 43. prof. 18. Habentur quoque ab eo *Dispp. de conceptu & partu Virgineo: De Prophetia & Prophetis: De Synogogis Judæorum: De Messia sedente ad dextram Dei, ex Psalmo XC, 1: De Conversione Judæorum, an speranda, ex Hos. III, 4.5: De tribus maximè controvensis Quæstionibus 1. An* אלהים *pluralitatem personarum in divinis inferat? 2. quid* דודאים *Genes. III, 14. fuerit? 3. quid per Κάμηλος Matth. XIX, 24. indigitetur? De Pace ecclesiastica: Propositiones Philologico-Philosophicas &c.*

15. Septemb. *JOH. BOSCAGER, Gallus*, Biterranensis, ICtus, æt. 87. Ejus est liber, qui inscribitur: *Institutio Legum Romanarum & Gallicarum:* Fertur insuper edidisse *Paratitla ad Justiniani Instituta, Digesta & Codicem.* Inter MSS. latet *Tractatus de jure tam privato quàm publico.*

17. Septemb. *RENATUS RAPINUS, Gallus*, Turonensis, S. J. Humanitatis in Collegio Parisiensi Professor, Poëta insignis, æt. 66. Soc. 46. Edidit *Reip. Venetæ Trophæum ob debellatum Turcam, & restitutam Societatem*

Jesu: Trophæum famæ Cardinali Mazarino positum: Lacrymas in tumulum Alphonsi Mancini, Nepotis ejusdem Cardinalis: Pacis Triumphalia ad Card. Mazarinum: Pacem Themidis cum Musis: Eclogas Sacras & Dissert. de carmine Pastorali: Hortorum libros IV. cum dissertatione de universa hortensis culturæ disciplina: Dissert. de nova doctrina, seu Evangelium Jansenistarum: Elogium Francisci Foucquet defuncti: Observationes in Poëmata Homeri & Virgilii: Reflexiones supra usum Eloquentiæ hujus temporis: Spiritum Christianismi: De perfectione Christianæ Religionis: Christum patientem; carmine heroicô: Gallicè *Comparationem eloquentiæ Demosthenis & Ciceronis: Comparat. Platonis & Aristotelis: Opera diversa, concernentia egregios quosdam tractatus: Vitam ad æternam felicitatem Prædestinantium: De eo, quod magnum & sublime est in moribus & diversa hominum conditione.* Opera ejus & junctim prodierunt.

18. Septemb. CHRISTOPH. HARTKENIUS, *Germanus*, Calenbergio-Hannoveranus, Pastor & Superintendens Hohensted. in Ducatu Höttingensi, postea Pastor & Superint. Generalis Guelpherbytanus, Præpositus Cœnobii S. Laurentii Schöningensis, tandem Abbas Marienthalensis, æt. 62. Typis imprimi curavit *diversas Conciones funebres.*

17. Octob. ELIAS THOMÆ, *Germanus*, Austriacus, primùm Posonii, deinde Gymnasii Elisabethani Vratislaviensis Rector atque Professor, cæterarumque Scholarum Inspector, æt. 59. offic. 36. Prelo dedit *Logicam utentem: Panegyricum in obitum Georgii Wilhelmi, Ducis Silesiæ*, & nonnulla alia.

8. Octob. FRANCISCUS POMMERAYE, *Gallus*, Rotomagensis, Benedictinus, Congregationis S. Mauri Alumnus, æt. 70. Delineavit Gallicè *Historias quarundam Abbatiarum: Historiam Ecclesiæ Cathedralis Rotomagensis* & nonnulla alia.

19. Nov. ANNA CATHARINA KRAGH, *Dana*, Libera Baro de PUTBUSCH, Domina de Körup. Scripsit *Librum sacrarum precationum.*

25. Novemb. JOH. COLLINS, *Anglus*, Ecclesiæ Londinensis Pastor, æt. 57. Impressa est ejus *Concio Valedictoria, ex Epistola Judæ v. 3.*

13. Decemb. PETRUS PETITUS, *Gallus*, Burbonensis, Phil. & Med. Doctor Montispel. Munitionum Præfectus regius, Polyhistor eximius. Eruditæ posteritatis bono consignavit *Dissertationem de extensione Animæ & rerum incorporearum natura: Observationes Eclipsis Solis, quæ contigit Parisiis an. 1652: De Ignis & Lucis natura, contra Isaacum Vossium: Libros III. de Lacrymis: De motu Animalium spontaneo librum: De nova Renati Cartesii Philosophia: De Sibyllis libros tres: Tract. de Amazonibus: Miscellanearum observationum libros quatvor: Selectorum Poëmatum lib. duos; Dissertationem de furore* Poëtico

Poëtico: Gallicè *de Regimine urbis Capellæ*: *Dissert. de Cometarum natura*: *Nepenthen Homeri, sive de Helenæ medicamento, luctum abolente*: *De natura & moribus Antropophagorum dissertationem.* Voluit quoque edere *Librum de Bacide.*

15. Decemb. *CHRISTIANUS DAUMIUS*, *Germanus*, Cygneus, primùm in patrio Gymnasio Collega tertius, demum Rector &c. Vide part. Diarii nostri primã, & sequentia adde scripta; *VValonis Britanni Satyram cum notis*: *Hieronymum Græcum de Trinitate, & Gennadii opuscula*: *Ejusdem Disp. ad Institutionem Christianorum utilissimam*: *Notas ad Porphyrium Optatianum*: *Benedicti Paulini Petrocorii de vita B. Martini carminum lib. VI*: *Fabulas Camerarii cum notis &c.*

21. Decemb. *FRIDERICUS HILDEBRANDUS*, *Germanus* &c. Vid. partem 1. Fuit quoq; Scholæ Ilfeldensis Rector, ediditq; *Compendium Geographicum in versus contractum Germanicè*: *Syllabum vocabulorum ex orat. Isocratis ad Dæmonicum*: *Antiquitates potissimum Romanas è Rosino aliisque in compendium contractas.*

- Decemb. *THOMAS BROOKES*, *Anglus*, Pastor Londinensis. Vulgavit idiomate populari *Pretiosa remedia adversus Satanæ astutias*: *Christianum patientem sub flagello crucis*: *Clavem Cœli secretam, sive argumenta duo pro precibus in secreto peragendis*: *Cistam selectissimorum Unionum, continentem; quinam homines æternitate digni sint*: *Lamentationes Londinensis, sive discursus de nupero incendio*: *Conc. funebrem ex 1. Pet. I, 4*: *Concionem valedictoriam.*

FERDINANDUS ALBERTUS, DUX BRUNSV. ET LUNEBURGENSIS, in Societate Fructifera dictus der Wunderliche / æt. 51. Prelo subjecit linguâ vernaculâ *Mirabilis casus mirabiles*: *Meditationes pias.*

DAVID ROSSETUS, *Italus*, Liburniensis, Canonicus, Theol. Doctor, Philos. Professor Pisanus, Mathemat. Pedimontanus, Ducis Sabaudiæ Mathematicus. Opera ejus sunt *Antignoma Physico-Mathematica, cum novo orbe & systemate terrestri*: *Demonstratio Physico-Mathem. septem Propositionum*: *Doctrina Physico-Mathematica.*

HERMANNUS ERDMANNUS, *Germanus*, Oldelandiâ-Bremensis, Theol. Licentiatus, primùm ad SS. Jacobi & Georgii Pastor Hannoveranus, deinde Superint. Generalis Holsatiæ, & Pastor Glückstadiensis. Struxit *Victorinum devictum, sive de Victorini Strigelii synergismo Dissertationem.*

N. *BAYLE*, *Belga*, Professor Roterodamensis. Scripsit Gallicè *Novella de Republica literaria, ab anno 1684. mense Martio, ad annum 1687. ejusdem mensis.*

CHRISTOPH. GRAUMULLERUS, *Germanus*, Eisenbergensis, Theol. Licentiatus, Ecclesiastes Aulicus, Pastor

& Superintendens Schönburgicô-Glauchaviensis. Vulgavit *Dispp. Ethicas: De causa & causato in genere: Conciones funebres &c.*

THEODORUS SCHNEIDERUS, *Germanus*, Sangerhusanus, Theol. Doctorandus, primùm Ducis Saxoniæ, Alberti, Concionator Aulicus & Castrensis, deinde Pastor & Superintendens Neostadiensis, demum Salfeldensis, æt. 40. minist. 14. Reliquit *Dispp. de Pilis corporis humani: De Baptismi Symbolo Cœlesti: De creaturæ non intelligentis anxia expectatione, suspirio & parturitione, ex Rom. VIII, 19-23: Conc aliquot funebres ex I. Maccab. IX, 21. &c.*

N. LE TOURNEUX, *Gallus*, Abbas. Innotuit ex *Historia vitæ Jesu Christi: Optimo modo audiendi Missam: Anno Christiano: Instructionibus de Sacramentis: Sex epistolis polemicis: officio hebdomadis sanctæ: Versione gallicâ Breviarii Romani:*

JOH. FREDERICUS ALLMACHERUS, *Germanus*, Meisenhemiensis Palatinus, Medicinæ Doctor, primùm Physicus Aschaffenburgicus, deinde Archiater Wertheimensis, demum Mœno-Francofurtensis, Academiæ Naturæ Curios. Adjunctus, dictus Zethes, æt. 38. Edidit *Observationes Miscellaneas* (quæ extant in Actis Acad. Nat. Cur. Germ. Tomo IV.) *De Luxatione vertebrarum dorsi introrsum facti: De tumore genu ex lapsu, pro luxatione malè curata: De enterocele desperata curata: Disp. inaugur. de morbis castrensibus.*

JOH. HOLTZHEY, *Germanus*, Weisbacensis, Phil. Magister, Pastor primùm Brunsfeldensis, deinde Pastor & Superintendens Cranichfeldensis, demum Mellenbacensis, æt. 76. minist. 50. Vulgavit linguâ populari *Instructionem Theologicam de Gratitudine Theologica*, & fortè alia.

JOH. OTTO HENCKELIUS, *Germanus*, Marpurgensis, Theol. Doctor ejusdemq; in Academia Rintelensi Professor primarius, Consistorialis & Diœceseos Rintel. Superintendens. Luci donavit *Primæ Philosophiæ sive Metaphysicæ epitomen VIII. disputationibus expositam: Regulas Philosophicas: Dispp. de Schismate: De Ministerio Ecclesiastico: De Latrone converso* &c.

FRIDERICUS GESENIUS, *Germanus*, Marchicus, Pastor & Superintendens Garlebiensis. Ejus superest *Lapis Lydius sacrarum scripturarum, per examen rectæ rationis, à collegio Theol. in Academia VVittenbergensi super subscriptione Reversalium Electoris Brandenburgensis latum: Amica συζήτησις, cum Sympatriota, cive Marchico, super hac subscriptione Reversalium: Gnosticismus, contra Samuelem Puffendorffium: Irenæus, Philalethes, sive disquisitio super communi argumento Unionis Ecclesiasticæ: Explicatio Verborum S. Cœnæ: Deductio fundamentalis, quod verba sacræ Cœnæ, κατὰ τὸ ῥητόν, sint intelligenda: Examen*

men Religionum, in quo, solam Religionem Lutheranam ad Salutem ducere, probatur: Revelatio Sophismatum Andreæ Frommen & aliorum &c.

JOH. FUCHSIUS, Germanus, ICtus, Advocatus & Consul Kiloniensis. Scripsisse dicitur Tractatum de Inventario: Solemnia Appellationis: De jure Holsatiæ: Tabulas in Historiam universalem &c.

ANNO 1688.

5. Januar. NICOLAUS VVITTE, A LILIENAU, Livonus &c. Vid. partem Diarii nostri primam, & adde Epistolam prolixam, ad Phil. Jacobum Sachsium, de Cancrorum luce, colore &c. nec non de collegiis seu Academiis circa naturalem scientiam, quæ extat ad calcem GammarologiæSachsianæ. In Ephemerid. Naturæ Curios. Germ. ad an. IV. p. III. vocatur Vir omni solidarum scientiarum nulli inferior, praxeos felicitate nemini secundus.

24. Jan. GUILHELMUS ROMANUS, Germanus, Lichtensteinensis, J. U. Doctor, Facult. juridicæ & Dicasterii Ducalis Saxon. Provincialis in inferiori Lusatia Assessor, Dicasterii Supremi Elector. & Ducalis Lipsiæ, ut & sacri Consistorii Advocatus Ordinarius, æt. 44. Scripsit Dispp. de Amore: De corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus ad effectũ condemnationis considerato: De principalium Redituum jure &c.

13. Febr. DAVID CHRISTIANI, Germanus, Greiffenbergâ-Pomeranus, Theol. Doctor, primùm Mathem. Eloq. & Poës. deinde & Theol. in Academiis Marpurgensi ac Giessensi per XVIII. annos Professor, postea annos XXIII. Superintendens Hasso-Casellanus S. Goari, novissimè in Academia Giessensi iterum Theol. Professor, æt. 78. Prelo subjecit Systema Astronomicum: Astronomiam Hassiacam: Orationes IV. de Calendarii Romani correctione, de miraculosis & novis stellis, de conjunctionibus magnis, de Eclipsibus: Tractatum de Cometis: Disputationes Astronomicas: Disputationes de triplici Mundi Systemate, Ptolomaico, Copernicæo & Tychonico: Systema Geographiæ generalis: Examen Motivorum & causarum, ob quas hodie multi non tantùm ad Apostosiam tentantur, sed ad Romano-Catholicam Religionem transeant: Dispp. Anti-Jesuiticas: Jesuitam Pseudo-Irenarcham, seu Censuram in Epistolam irenicam Joh. Rosenthaleri: Dispp. IV. de Messia: Semicenturiam positionum Theolog. de Pace & Concordia Eccles. inter Lutheranos & Reformatos sancienda: De Miraculorum gloria & splendore, quò Ecclesia Romana superbit: Disp. inauguralem contra Pontifices, eorumq;

rumq; primatum: De LXX. interpretum translatione, ejusdemq; αὐθεντίᾳ: De Codicis Hebræi in V. T. puritate & αὐθεντίᾳ: De Codicis Græci in N. T. puritate & αὐθεντίᾳ.

22. Mart. FRIDERICUS OPPERMANNUS, *Germanus*, Bodenburgensis in Ducatu Guelpherbytano, Philos. Magister, primùm Scholæ Helmstadiensis Cantor, deinde Pastor Rhodensis, tum ad D. Andreæ Pastor Hildesiensis, æt. 40. Struxit *Herculem Pomarium dejectum: Specimen historico-Chronologicum: Conciones funebres ex Mich. VII, 7. 8. 9. aliisq; Scripturæ locis desumptas.*

25. Mart. TOBIAS MOEBIUS, *Germanus*, Lauchensis Misnicus, J. U. Doctor, Facult. juridicæ in Acad. Lipsiensi Senior, Curiæ ibidem & Consistorii Ecclesiastici Advocatus ordinarius, æt. 33. Reliquit *Disp. de Pacto Antichretico: De Compensationibus &c.*

26. Mart. ADAMUS EZLERUS, *Germanus*, Francosteinâ-Silesius, Phil. Magister, primùm Ecclesiastes Elisabetanus & Theol. Professor, deinde Ecclesiæ ad D. Mariæ Magdal. Pastor & Consistorii Evangelici Assessor Vratislaviensis, æt. 65. Edidit *Concionem funebrem ex Luc. IIX, 4. 15. in obitum D. Ananiæ Weberi: Sermonem funebrem Joachimi Georgii Elsneri, Medici: Disp. de Optimatibus: De Liberorum Principum studiis: De noxia Reip. magnitudine: De bono Principe, è vita Titi Fl. Vespasiani &c.*

27. Mart. THEODORUS CRAANE, *Belga* &c. Vid. partem Diarii nostri primam, & adde *Disp. De Phthisi: De Arthritide: De palpitatione cordis: De Peste: De suffocatione uterina.*

14. April. DAVID KLUG, *Prussus*, Tilsâ, primùm in insula Prussiæ Mariana Archidiaconus, exinde Archipresbyter, Provincialis Scholæ Inspector & Pomesanensis Consistorii Assessor, Salfeldensis postea Pastor & Parochiæ Elbingensis Inspector totiusq; Marienburgici Palatinatus Superintendens, ut & Consistorii Regii Præses, tum Superintendens Wismariensis, & Regii ibidem Consistorii Præses, demum Theol. Doctor & Templi Catharinei Pastor Hamburgensis, novissimè Ministerii hujus Senior, æt. 70. minist. 44. Vulgavit *Oporothecam Logicam: Ideam Biblicam in tabulas redactam: Χριστογνωσίαν, sive de Persona Christi, ex Matth. XXII: Hamoniam Evangelistarum Chemnitio-Lysero-Gerhardianam in tabulas redactam: Epicrisin super ideam Pseudo-Prophetarum Christophori Feyrabens: Mannam Cœlestem ex Luc. II: Disp. inauguralem de vera præsentia Christi in S. Cœna:* Germanicè *Διάλυσιν sive Resolutionem Relationis cujusdam ab aliquot Ministerii Dantiscani Symmystis vulgatæ: Asylum peccatoris, sive Conciones in Canticum Ecclesiasticum;* Wo sol ich fliehen hinn: *Phosphorum Sacrum, sive Conc. in Cantilenam:* Wie schön leuchtet der Morgenstern: *Notulam regiminis*

giminis

giminis civilis, ex II. Chronic. XIX, 5. 6. 7: Ingressum Templi Catharinei Hamburgensis, ex Hebr. XIII, 17: Septiverbium Christi in cruce probatum: Conc. funebres ex Esaiæ LVIII, 1. 2: ex Psalmo CXVI. 7. 8. 9: ex Rom. VIII, 18: ex Sapient. IV, 7-15 &c.

15. April. ENEVVALDUS SUENONIUS, *Suecus*, Rosinus Smolandus, primùm Eloq. Professor Aboensis, pòst Theol. Doctor ejusdemq; ibidem Prof. ac Pastor, demum per Scaniam, Blekiniam ac Hollandiam Episcopus, nec non Academiæ Carolinæ Pro-Cancellarius, æt. 71. Delineavit *IIX. Beatitudines in funere Caroli Gyldenhielm expositas Carmine Hebræô, Chaldaicô, Syriacô, Græcô, Latinô, Germanicô, Finnicô, cum explicatione Suetica: Gymnasium sapiendæ rationis humanæ XX. Disputationibus absolutum: Synopsin Theologiæ XXX. Dispp. exhibitam: Babylona Magnam ruentem, contra Jacobum Massenium S. J. per XXV. Dispp: Artificium Delilæ, contra Duretum & Melletum Calvinianos, disputationibus XIII. editum: Indicem & judicem syncretismorum Religionis per XII. Dispp: Apologeticum Dei, quod non sit causa mali, Dispp. XVIII: Lytrodoxiam Jesu, ex 1. Joh. I, depromptam, & Dispp. XXIII. propositam: Orationem de Statu Politico: Orat. panegyricam de Magnanimitate: Breviarium Philosophicum: Dispp. de Virtute Heroica: De Appetitu sensitivo freno rectæ rationis coërcendo: De Vigilia & Somno; De Liberalitate & Magnificentia: De Axiomate: De Legitima vocatione ad munus aliquod: De Notitiis naturalibus: De Vitiositate morali: De Industria Philosophiæ: De Justificatione: De Spiritu Sancto: De Nomenclatore Adamo, ex Genes. II, 19. 20: De Exceptionibus Bezæ circa dicta Prophetica Ezech. XVIII, 23. & XXXIII, 11: An Filius hominis sit Filius Dei naturalis? De Resurrectione Christi omninò ad opus Redemptionis nostræ pertinente: Conciones funebres ex Ps. XXVII, 13. 14: ex Psalm. XXV, 15. 16. 17: ex II. Timoth. IV, 7. 8: ex Baruch IV, 19. 20: ex Exod. XV, 23. 24. 25: ex Psalm. CXXX: ex Luc. XII, 35. 40: ex Esaiæ VIII, 18: ex Esaiæ XXXVII, 3: ex Psalmo XXVII, 7-10. &c.* Sermone populari.

15. April. HERMANNUS HILDEBRANDUS, *Germanus*, Bremensis, Phil. Magister, inq; Gymnasio patrio Philosophiæ Theoreticæ Professor, ac primæ Classis Scholasticæ Collega, æt. 27. Reliquit *Dispp. Philosophicas Propaideuticas: De Logica ad praxin deducenda: Orationem de deplorando laceræ Philosophiæ statu, eique oppositis remediis.*

19. April. DAVID VAN DER BRÜGGE, *Germanus*, Scholæ Lubecensis Sub-Rector. Edidit *Carmina varia*, quæ junctim prodibunt.

21. April. JOH. MAURITIUS GUDENUS, *Germanus*, Eisfeldensis, J. U. Doctor, Electoris Moguntini Consiliarius, in Academia Erfurtensi Canonum & juris publici Professor, Dicasterii

Vrbani Prætor, æt. 53. Condidit *Historiam Erfurtensem ab Vrbe Condita libris IV: Dispp. ad Jus publicum: De Nobilitate &c.*

26. April. JO. GEORGIUS VVASMUTHIUS, *Germanus*, Rostochiensis, Philos. Magister, Homiletices in Acad. Kiloniensi Professor, æt. 30 Emisit *Tabulas Homileticas: Orationem Inauguralem de Homileticæ Professionis muniis ac necessitate: Dispp. de Cognitione Dei naturali: De Philosophia in genere: De Motu locali corporis naturalis.* Mox etiam edidisset *Dissert. de Jesu in horto, in cohorte & in morte.*

29. April JOHANNES SAUBERTUS, *Germanus*, Norimbergensis, primùm Hebrææ Linguæ, tum Theol. Professor Helmstadiensis, post Theol. Doctor ejusdemq; Prof. primarius Altorphinus, & Ecclesiæ ibidem Antistes, æt. 51. Condidit *Tractatum de Sacrificiis Veterum: Lectiones varias textus Græci in Matthæum Evangelistam: Palæstram Thologico-Philologicam, sive Disquisitiones de Beatitudine & Damnatione æterna: De adoratione Angelorum, ex Judæorum mente: De Festo Paschatos: De ritu precandi veterum Ebræorum: De Haalma Matre Immanuelis: De Messia, ejusq; insignibus qualitatibus & attributis: De Locis Genes. I, 20: Genes. XLIII, 22. & 1. Corinth. XV, 29: De Locis S. Scripturæ controversis 1. Sam. II, 25. Matth. XII, 40. Matth. I, 18. & 25: De Statua Salis & Lothi ex Sodoma egressu: De Locis Genes. XXXIII, 5. Exod. XXVII, 10. Marc. XVI, 2: De Locis Matth. XXVI, 5. & Luc. XVI, 22. 23: De Locis Genes. XXXVI, 24. Luc. I, 54 55. Act. XIII, 48: De Serpente æneo, ex Num. XXI, 6. sqq: De Purgatorio & Satisfactione pro peccatis mortuorum: De Studii Hebrææ Linguæ multiplici, præsertim in Theologia, utilitate ac necessitate: De Historia Synagogarum Judaicarum: De λόγȣ sive Christi Deitate:* Germanicè *Meditationes Ecclesiasticas, sive Conciones ex Matth. XVI, 16: ex Joh. XII, 26: ex Joh. IV, 47. sqq: ex Matth. XXI, 1-9: ex Luc. II, 21: Conciones aliquot funebres:* Vertit Latinè *Leonis Judæi tractatum de Templo Hierosolymitano: Judæorum Chorban, sive Descriptionem devastationis Hierosolymitanæ.* Edidit quoq; *B. Parentis Prodromum Philologiæ Sacræ, cum notis suis: Mich. Piccarti Pericula Critica. Disp. de Vulneribus Christi &c.*

1. Maji JOH. VVILHELMUS LIBER BARO A STUBENBERG, in Kapffenberg & Mueregg, Dominus de Schallenburg & Sichtenberg, Styriæ hereditarius Dapifer, in Societate Fructifera dictus **der Unglückselige** / æt. 57. Ex linguis exoticis in vernaculam transtulit ac edidit *Sorelli librum de perfectione Hominis: Verulamii sermones fideles: Palavicini Samsonem: Loredani sermones historicos: Eromenam: Colloandrum: Demetrii Recreationes muliebres: Cleliam &c.*

8. Maji JOH. REICHIUS, *Germanus*, Lubecensis, Phil. Magister, in patria

tria Paſtor Ægidianus, & Miniſterii Senior, æt. 71. miniſt. 39. Juvenis conſcripſit *Diſpp. de nomine Jehovah: De Virtute Heroia: De juſtitia: De Fide Infantum.*

11. Maji LAURENTIUS INGEVALDI ELINGIUS, *Suecus*, Dalecarlus, Log. ac Metaphyſ. in Academia Vpſalienſi Profeſſor, æt. 47. Vulgavit *Orationem de Nundinis Sueo-Gothorum & emendi vendendique veteri ratione: Gratulationem in reditum ex peregrinatione Comitis Caroli Oxenſtierna: Epigrammata Græca varia: Diſp. de Philoſophia antediluviana &c.*

14. Maji ANTONIUS FURETERIUS, *Gallus*, Abbas Chalivejenſis, Academicus Francicus. Emiſit Gallicè *Dictionarii univerſalis ſpecimen: Dictionarii Magni Partem primam: Scripta quædam contra Academicos & Doctores Sorbonenſes.*

22. Maji JOH. ANDREAS QUENSTADIUS, *Germanus*, Quedlinburgenſis, Theol. Doctor, ejusdemq; in Acad. Wittenbergenſi, Profeſſor primarius, Templi Academici Præpoſitus, æt. 71. prof. 39. Contexuit *Dialogum de Patriis illuſtrium doctrinâ & ſcriptis Virorum: Tractatum de antiquis Ritibus ſepulchralibus, Græcorum, Romanorum, Judæorum & Chriſtianorum: Paſtoralem & Inſtructionem Cathedralem: Exercitationes de Theologia in genere, ejusq; principio, ſacra Scriptura: Theologiam didactico-Polemicam, ſive Syſtema Theologicum: Antiquitates Biblicas &*

Eccleſiaſticas: Diſpp. de Prædicationibus Perſonalibus: De Actionum humanarum principiis: De Affectibus: De Prudentia: De natura primæ Philoſophiæ: De bono & malo: De Potentia: De concurſu cauſæ primæ cum ſecundis: De Vnitate: De neceſſario & contingente: De Potentia: De Majeſtate ejusq; juribus: De Deprecatione Calicis Chriſti: De redemptione generis humani: De Angelo increato, Jeſu Chriſto: De cauſa Peccati: De Deo ejusq; cognitione: De Converſione hominis coram Deo: De S. Scripturæ divinitate: De θεοπνευςίᾳ Scripturæ ſacræ: De authentia textus Hebræi V. ac Græci N. T. & vulgaris Latinæ, aliarumq; verſionum autoritate minimè authentica: De Babylone Apocalyptica myſtica: De πληροφορίᾳ Lutherana: De SS. Eucharistiæ Sacramento: De Fide juſtificante & ſalvifica: De Invocatione Sanctorum: De Provocatione ad judicem Chriſtum: De ſigillo Confeſſionis: De juſtificatione: De germine Jehovæ & Davidis, Chriſto: De Incarnationis cauſa finali: De poteſtate judiciaria S. Scripturæ: De S. Euchariſtiæ Ritibus antiquis: De Eccleſiæ Latinæ & Orientalis diſſenſione in dogmate Purgatorio: De Chriſto ſecundum humanam naturam perſonaliter Deo: De puritate fontium textus Hebræi & Græci: De Imputatione primi peccati toti generi humano facta: De die pantocritica: De fundamento & veritate Reſurrectionis Chriſti: De ſanguine Chriſti: De Satisfactione Chriſti, pro peccatis hominum: De ſepultura Chriſti: De Baptiſmo: De Regene-

rationis,

rationis, *justificationis ac Renovationis essentia ac differentia*: *De Lectione Script. sacræ Laicis concedenda*: *De* ἀδυναμίᾳ *virium hominis irregeniti in Spiritualibus*: *De Deo Maußim*, ex *Dan. II, 38*: *De Dominatoris Messiæ egressu ex Bethlehem & egressibus ante initium*, ex *Mich. V, 2*: *De petitione Naamanis Syri*, ex *II. Reg. V, 18*: *De participatione divinæ naturæ*, ex *II. Petr. I, 4*: *De actu speciali Providentiæ divinæ circa justum, & custodiendis ejus ossibus*, ex *Psal. XXXIV, 21*: *De Babylone & Templo Hierosolymitano*, ex *Apoc. XVII, 5. 9. 18*: *De mysterio Dei in carne manifestati*, ex *I. Timoth. III, 16*: *De desiderio omnium Gentium*, ex *Hagg. II, 8*: *De bibitione Christi ex torrente in via*, ex *Psal. CX*: *De Electione ad salutem*, ex *II. Thessal. II, 13*: *De Fide & Auditu per Verbum Dei*, ex *Rom. X, 17*: *De Peccato post Baptismum adhuc reliquo in renatis*: *De Persecutionibus veræ Ecclesiæ*: *De Ritibus Baptismalibus essentialibus & accessoriis*: *De Sabbatho*: *De præcipuo S. Scripturæ scopo, Jesu Christo*: *De unione fidelium mystica*: *De Peccato in Spiritum Sanctum*: *De efficacia Verbi divini*: *De certitudine salutis*: *De Angelis in genere*: *De primitiis & decimis Hebræorum & Christianorum*: *De precibus publicis, Psalmis, cantu & sacris ordinibus*: *De Ministrorum Ecclesiæ conjugio & cælibatu, itemq; Lapsorum pœna*: *De Ecclesiastico ordine Novi Testamenti*: *De Spiritus Sancti effusione*, ex *Psal. LXVIII, 10*: *De Imagine Dei &c.*

24. Maji LUCAS FRIDER. REINHARTUS, *Germanus*, Norimbergensis, Phil. Magister & Theol. Professor Altorphinus, nec non Ecclesiastes, æt. 66. offic. 39. Composuit *Synopsin Theologiæ Christianæ dogmaticæ*: *Monita Miscellanea ex Evangeliis & Epistolis*: *Primitivæ Ecclesiæ arma victricia, contra Marcionitas, Harmogeneanos & alios Hæreticos antiquos*. Ejusdem curâ & studio prodierunt *S. Augustini Epistolæ*: *S. Cypriani Epistolæ*: *juris Canonici Gemmulæ Theologicæ*. Germanicè edidit *Explicationem Epistolarum Dominicalium*: *Conciones funebres*: *Speculum virtutum & vitiorum, secundum Decalogum, ex Siracide*: *Dispp. de Essentia Dei ejusdemq; attributis*: *De X. prioribus Canonibus Concilii Nicæni*.

1. Jun. PETRUS JOHANNIS RESENIUS, *Danus*, Hafniensis, Consiliarius Statûs & justitiæ Regius, Vrbis patriæ Præses, Assessor in supremo Tribunali Justitiæ & collegio Consistoriali, J. U. Doctor & Professor in Academia patria, æt. 63. Ab eo habetur *Edda Islandorum Snorronis Sturlæsonii Islandicè, Danicè & Latinè*: *Antiquæ Leges Danicæ & Norwegicæ*. *Adjungitur jus Aulicum antiquum Danicum, Latinè & Danicè*: *Philosophia antiquissima Norwego-Danica, dicta Voluspa, Islandicè & Latinè*: *Ethica Othini, vocata Haavamaal, unà cum ejusdem appendice, appellata Runa Capitulo, Islandicè & Latinè*: *Disp. Ethico-Politica de justitia & jure*: *Inscriptiones Hafnienses Amagrienses & Uraniburgicæ, Latinæ, Danicæ & Germanicæ*,

manicæ, unà cum Vita Tychonis Brahei diversisq; ipsius & Sororis Sophiæ Epistolis: Jus Aulicum Regum Norwegorum, dictum Hirdskraa: item Regis Danorum Canuti M. dictum Vitherlagsret, cum interpretatione Latina & notis: Hafniæ delineatio topographica in ære expressa, unà cum succincta partium & locorum enarratione, Danicè & Germanicè: Samsoæ descriptio, cum figuris: Regis Friderici III. Chronicon, Danicè: Lexicon Islandicum Gudmundi Andreæ cum præfatione de ejusdem vita: Leges Cimbricæ VVoldemari II. Regis Daniæ Germanicè, cum præfatione de Ordine Equestri Danebrogico: de corpore novo juris Danici, nec non de Erici Krabbe Genealogia: Leges civiles & Ecclesiasticæ Regis Christiani II. cum regiorum monumentorum in æde D. Albani Othenienſi extantium, illustratione: Hafniæ & Riparum jus antiquum Municipale: Atlas Danicus, accuratam & prolixam omnium Provinciarum Daniæ descriptionem vastis aliquot comprehendens Voluminibus, qui nondum typis prodiit.

9. Jun. JOHANNES THILE, *Germanus*, Wittenbergensis, Saxo, Med. Doctor, in Academia patria Anatom. ac Botan. Professor, æt. 42. Habuit præsidendo *Dispp. Medicas de purgatorio actu: De Tussi: De Minera Martis solari: De Purpura Epidemia scorbutica: De sale Tartari volatili coagulato &c.*

13. Jun. JACOBUS BIRCHERODIUS, *Danus*, Hallandus VVardbergensis, Theol. Doctor, primùm Philos. & Mathe. deinde Theol. in regio Gymnasio Otheniensi Prof. ut & Collegii Consistorialis Hafniæ Assessor, æt. 64. prof. 33. Ingenii sui monumenta, quæ posteris reliquit, sunt: *Tractatus de Horis: Jonæ Prophetæ liber exegeticâ & literali expositione illustratus: Perusch al Parschah Breschit*, i. e. *Literalis quinq; priorum Geneseos capitum versuumq; octo expositio, varia Scripturæ loca simul exhibens enodata: Disp. de Meteoris in genere: Liber vitæ, ductu verborum Apocal. III, 6. explicatus, linguâ vernaculâ.* Propediem prodibit *Mæsta Davidis Lyra, Psalmi Pœnitentiales VII. exegesi succinctâ illustrati: Obadiæ Propheticus liber exegeticè & libteraliter expositus &c.*

28. Jun. HERMANNUS HOFFMANNUS, *Germanus*, Francus, primùm Miles, deinde J. U. Doctor, tum in Aula Saxo-Leoburgica, nec non postea Brandenburgica, quæ Baruthi est, Consiliarius intimus ac Aulicus, nec non Dicasterii nobilioris ibidem Assessor, æt. 73. Inter Scripta, quibus celebritatem nominis obtinuit eminent *Lycurgus Germanorum moribus informatus, sive Comment. in Octav. Pisanum de Litibus abbreviandis: Sciagraphia Processus judiciarii: seria & pia Tractatio judicii & justitiæ, sive Theologico-juridica Norma de bene constituendo judicio & legitimè administranda justitia, ad conciliandam pacem, eamq; conservandam in orbe Christiano usq; ad consummationem seculi.*

30. Jun. PETRUS HOLM, *Suecus*, Angermanniensis, Phil. Magister, primùm in Academia Carolina Londini Scanorum Linguarum Orientaliũ, deinde Upsaliæ Theol. Profes. æt. 54. prof. 21. Conscripsit *Theologiæ Muhammedanæ brevem considerationem: Dispp. de Sermone: De primævo ac authentico charactere literarum Veteris Testamenti: Dispositiones anniversarias in textus Pœnitentiales &c.*

12. Jul. *JOH.* *CASPARUS* OERTELIUS, *Germanus*, Francus, Phil. Magister, in Gymnasio, quod Baruthi est, XXIV. annos Græcæ atque Orientalium Lingg. Professor, & XV. an. ibidem Ecclesiastes, æt. 48. Prelo subjecit *Grammaticam Ebraicam: Dispp. Philologicas & forsan quædam alia.*

Jul. RALPH. CUDVVORTH, *Anglus*, Theol. Doctor, Collegii Christi in Academia Cantabrigiensi Præses. Vulgavit *Sermones varios* e. g. *ex I. Joh. II, 3. 4. &c. Epitomen Decalogi.* Quædam etiam *contra Judæos* scripsisse fertur.

2. August. CHRISTOPHORUS KRAHE, *Germanus*, Lipsiensis, Philos. Magister, Præpositus Hattersleblensis, Regis Daniæ Concionator aulicus, & Consistorii Regii Assessor, æt. 46. Emisit *Dispp. de Crocodillo, & in specie de ejus Lacrymis: De Somniis &c. Concionem funebrem ex Dan. XII, 13.*

2. August. *JOH.* EICHELIUS, Nobilis à RAUTENCRON, *Germanus*, Francus, Phil. & J. U. Doctor, primùm Moralium, deinde Juris in Academia Julia Professor, Ducibus Brunsvico-Luneburgensibus & Saxoniæ Inferioris à consiliis intimis, & Saxonicus quoq; Vice-Cancellarius, Dicasterii Guelpherbytani Assessor ac Senior, sæpe Legatus, æt. 67. Profess. 37. Orbi erudito concessit scripta eximia, ex quibus *Commentarius in Tit. ff. de diversis Regulis juris antiqui:* Ἀνέκδοτα *seu historia arcana Procopii Cæsariensis, Nicolao Alemanno defensore, Eichelio autem plerisque in locis* συγχρόνων *testimoniis falsitatis convicta: Imperatoris Justiniani defensio, adversus Alemannum, auctore Thoma Rivio, Angliæ Advocato: Dissert. de jure, quo naturaliter liberi & Parentes sibi invicem sunt obstricti: Disputationes IV. ad IV. libros Institutionũ juris: Discursus de Litis denunciatione & nominatione Domini: Dispp. de moralium virtutum natura in genere: De principiis Actionum humanarum: De humanarum actionum libertate: De Justitia & jure: De Rep. mixta: De Heroibus eorumq; virtute: De interpretatione Legum: De Probationibus: De Syndico: De jure Retractionis & emigrationis: De fundamentis Peripateticorum, quibus Aristoteles doctrinam de Moribus superstruxit, nec non Stoicorum & aliorum recentium inter se collatis: De Transitione possessionis in hæredes: De pravis & irrationalibus Consuetudinibus: De Litis contestatione: De modo ejusq; à titulo in rerum acquisi-*

acquisitione differentiis: De Tutela inculpata: De Debitis Feudalibus: De juramentis tam in genere, quàm in specie: De primo & secundo Decreto: De Precariis: De Unione prolium: De Confusione Obligationum: De Retorsione injuriarum verbalium: De Aucupio ejusq́; jure: De Origine, natura & divisione Contractuum: De Fidejussione: De Communicatione bonorum inter conjuges: De confusione obligationum: De Prodigiis eorumq́; cura: De remissionibus pœnarum & jure aggratiandi: De Testibus: De Vindicta privata licita: De Pactis: De jure Civitatis: De Novatione in specie sic dicta &c.

3. August. *CHRISTIANUS DREIERUS*, *Germanus*, Stetinensis Pomeranus, Theol. Doctor ejusdemq́; in Academia Regiomontana Professor primarius, Concionator Aulicus, & Consistorii Sambiensis Assessor, totius Acad. Senior, æt. 78 Formavit *Sapientiam, sive Philosophiam primam: Vindicationem Sanctitatis Dei, ne per abusum vocabulorum causa peccati statuatur: Dispp. XXXIIX. de præcipuis Controversiis cum Pontificiis: Collegium Chronologico-Historicum: Dispp. sigillatim emissas de Origine & progressu Philosophiæ: De principiis fidei Christianæ, sive de credendi regula: De corpore & sangvine Christi in S. Eucharistia præsente: De Justificatione & certitudine Gratiæ, ex Job. IX, 20. 21: De Potentia Dei: De indictione Conciliorum: De legitimo Conciliorum præside: De primatu Romani Pontificis: De igne Purgatorio, quem credit Rom. Ecclesia: De variis materiis ad disputandum non ineptis, nec inutilibus* &c. Germanicè *Habitaculum Christi Capernaiticum, sive Concionem Templi Friderico-politani inauguralem: Dilucidationem aliquot difficilium quæstionum Theologicarum: Conc. IV. de S. Cæna Domini, ex I. Corinth. XI: Concionem Comitialem de adeptione sapientiæ divinæ, ex Sapient. IX, 10. 11. 12: Ludibrium Mortis, Conc. Paschalem, ex Marc. XVI, 1-9: Concionem de æterna generatione & vera divinitate Jesu Christi, ex Joh. I. contra Arianos &c.*

6. August. *GEORGIUS SAMUEL DORFELIUS*, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Diaconus Plaviensis, postea Ecclesiæ Weidanæ Variscorum Pastor & Superintendens. Confecit *Tyrocinium Accentuationis: Venenum Animæ in Papatu, de incertitudine salutis æternæ, contra Aloysium Richardum S. Jesu: Dissertationem de Cometa &c.*

9. August. *MARTINUS RANGO*, *Germanus*, Colbergensis Patritius, Archidicasterii Electoralis in Pomerania Advocatus, Reip. patriæ Senator atq́; Scholarcha. Conscripsit *Notas & animadversiones Historico-Politicas in diplomata quædam vetusta Pomeraniæ: Colbergam Togatam*, h. e. *Nomenclatorem Theologorum, jureconsultorum, Medicorum, Philosophorum Colbergâ oriundorum: Poëmata varia.*

16. August. N. *DE REFUGE*, *Gallus*,

Parlamenti Regii Consiliarius, Abbas de Marini, æt. 109. Ejus, ni fallor, erit *Prudens Aulicus, sive instructio vitæ Aulicæ*, quæ typis exscripta est Gallicè, & postea Germanicè versa per Georg. Phil. Harsdörfferum.

Septemb. OTTO GUILIELMUS A KONIGSMARCK, COMES in Wester-vvick & Stegholm, Dynasta in Rotenburg & Neuhan &c. S. R. Majestati Sueciæ primùm Camerarius Aulicus, deinde Campi Marschallus Generalis, & per Pomeraniam Gubernator, demum Reip. Venetæ Dux bellicus supremus contra Turcas perinclutus, in Societate fructifera der Hoch-geneigte dictus. Ejus postat *Oratio de detrimentis, quæ Respublicas viris literatis defectas sequantur, in Academia Lipsiensi habita.*

23. August. JO. SEVERINI LETH, *Danus*, Cimber, Philos. Magister, primùm Regiæ & Equestris Scholæ Soranæ Rector, hinc Ecclesiarum Ringensis ac Herringensis in Fionia Pastor, postea Regi Daniæ à Confessionibus, concionibus & consiliis Consistorii, tum Theol. Doctor, æt. 64. Foràs dedit *Conciones aliquot funebres.*

7. Septemb. JOH. AUGUSTINUS EGENOLFUS, *Germanus*, Erfurtensis, Phil. Magister, primùm Scholæ Dresdensis Senatoriæ Conrector, tum Rector, æt. 56. Prodire fecit *Volumen Programmatum, cum dissertatione de die Natali.*

18. Septemb. ADAMUS GDACIUS, *Germanus*, Cruciburgensis Silesius, primùm Bartvoliæ in Hungaria Rector, deinde Thoruniæ in Prusia, ac Vilnæ in Lithuania Cantor, demum in patria Ecclesiastes, æt. 98. Vulgavit Polonicè *Postillam Evangeliorum Dominicalium à 1. Adventus ad 1. post Epiphanias: Discursus de Duellis. De Ebrietate: De Adulterio: De Polygamia: De Quæstione; an Maria vocanda sit Mater sanctissima?* & nonulla alia.

5. Octobr. OLAUS ODHELIUS, *Suecus*, Upsaliensis, Phil. Magister, in Academia Livonorum Dorpatensi designatus Theologiæ Professor, in flumine Holmiæ suffocatus. Scripsit *Dissertationem de Sibyllis: Orationem parentalem in obitum Margaretæ Keniciæ, Olai Laurelii, Episc. Arosiensis, Viduæ.*

23. Octobr. CAROLUS DU FRESNE, DN. DE CANGE, *Gallus*, Ambianus, primùm Advocatus Parisiensis, deinde in patria Quæstor, demum cum famila Parisiorum Lutetiam adiit, ibidemq; obiit, æt. 78. Elucubravit Gallicè *Tractatum historicum de Capite S. Johannis Baptistæ*: Latinè, dissimulatô nomine, *Epistolam de Libellis adversus Henschenium & Paperbrochium S. J. disseminatis: Byzantinam historiam duplici commentario illustratam: Observationes in scriptores Gallicos, Joinvillam & Vilharduinum; & Byzantinos Nicephorum Bryennium,*

um, Annam Comnenam, Joh. Cinnamum, Paulum Silentiarium & Joh. Zonaram: Glossarium ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis; cui subjungitur de Imperatorum Constantinopolitanorum Numismatibus dissertatio: Cyrilli Philoxeni aliorumque veterum Glossaria Latino-Græca & Græco-Latina: Glossarium mediæ & infimæ Græcitatis: Πασχάλιον *sive Chronicon Paschale, à mundo condito ad Heraclii Imperatoris annum XX.*

24. Octobr. AUGUSTUS BALTHASAR, *Germanus*, Anclamô-Pomeranus, Phil. Magister, Logices primùm & Metaphys. Professor Gryphisvvaldensis, tum ad D. Nicolai Diaconus, pòst ad D. Jacobi Pastor Stralsundensis, porro Theol. Doctor ejusdemq; in dicta Academia Prof. nec non in Pomerania citeriori & Rugia Superintendens Generalis, Regiiq; Consistorii Præses, æt. 56. Publici juris fecit *Conciones IV. de injusto Oeconomo: Concionem Templi Voigdelandensis inauguralem: Conciones varias funebres* e. g. *ex Apoc. XIV, 13: ex Jobi XXVII, 5. 6: ex Proverb. XX, 11: ex Jobi XVI, 14: ex Apoc. XIX, 7. 8 &c. Dispp. de Angelis: De Luce: De Spectris: De Aquis supra-cœlestibus: De prisca Hæresi Nicolaitarum, ex Apoc. II, 15: De æterna æterni Filii ab æterno Patre Generatione: De Satisfactione Christi: De justificatione hominis peccatoris coram Deo &c.*

25. Octob. CHRISTOPH. SCHLETTER, *Danus*, Hallandus, Halmstadiensis, Phil. Mag., primùm Scholæ Herlufsholmianæ Rector, deinde Theol. Lector Roschildensis, mox Facultatis Theol. Adjunctus in Academia Hafniensi, demum ejusdem Doctor & Professor, postremò Episcopus Nidrosiensis, æt. 59. Scripsit *Dissert. de Theologia in genere.*

15. Novemb. JOH. MICHAEL FEHRIUS, *Germanus*, Kittingâ-Francus, Med. Doctor, S.R. Imp. Academiæ Naturæ Curiosorum Præses, dictus ARGONAUTA, Archiater Cæsareus, nec non Consul, Prætor & Physicus Svinfurtensis, æt. 78. Ab ejus ingenio habetur *Anchora sacra, vel de scorzonera: Hiera Piera curiosa, sive Absinthii historia Medico-Chymica: Apollo* Τετραλχέγης, *Sereniß. Principi Montocucoli dicatus, pro suscipiendo Protectoratu S.R.J. Acad. Nat. Curiosorum: Observationes de singulari Catarrhorum extractione: De esu absurdorum: De tumore monstroso fascino proximo: De puero* ἠχέοντι *& Bulimo: De pinguedine abdominis mirabili: De Aneurismate & varicibus: De urinæ incontinentia: De noxa carnis animalium ægrotantium: De arnica, lapsorum panacæa: De chrysanthemo monstroso, & Citrio manuformi: De Catalepsi stataria periodica: Ex anatomia hydropici & liene monstroso: De fistula umbilici feliciter curata: De Uva versicolore: De numero quaternario naturæ ad ponderandos morbi mores frequentissimo: De Barbi*

ovis comestis noxiis: De Aphonia ex Variolis: De Plica ex vulnere capitis: De Astia quatriduana: De lactis vaccini virtute in curanda podagra: De fluxu hepatico: De Carina nautili elegantissima. Vid. Acta Nat. Curios. tom. 1. 2. 3. 4. & 5.

18. Nov. MATTHIAS VVASMUTHIUS, Germanus, Kiloniensis, Phil. Magister, primò in Acad. Rostochiana Logices Professor, dein Theolog Doctor, hujus & Linguarum Orient. Professor Kiloniensis, æt. 64. Prelo subjecit in posterorum usum Institutionem methodicam Accentuationis: Ebraismum restitutum: Grammaticam Arabicam: Ideam Astronomicæ Chronologiæ restitutæ: Smegma Hebræum defricans pudendam barbariem, invectam nuperis quorundem falsis assertionibus, partim linguæ sacræ studium non esse necessarium Presbyteris Ecclesiæ, partim textus Hebr. literas & puncta non gaudere authenticâ origine, nec incorrupta integritate; partim Accentuum ministerium vel nullum, vel incertum esse: Panegyricum æternitati ac perenni gloriæ Friderici, Ducis Slesvigi, Holsatiæ &c. dicatum: Prophetam Obadiam Rabbinicum, & Hebræis literis cum accentuatione: Pro S. Hebræo textu vindicias Anti-Capello-Waltonianas: Defensionem doctrinæ Accentuum Biblicorum: Januam Hebraismi noviter apertam: Christiani Ravii & Matth. VVasmuthi literas circulares de Collegio quodam Orientali instituendo: Ideam novi operis Astronomico-Chronologici: Tabulam exemplarem perpetuam Calendarum Æquinoctialium & Solstitialium: Januam Mundi apertam, sive tabulam mundi universalem Astro-Chronologicam: Disspp. de Jehovah: De integritate & authentia Ebræorum Fontium: De Hodomoria Muhammedana: De illustribus quibusdam controversiis Theologicis didactico-exegeticis: De excussione Spiritus Sancti: De usu Philologiæ S. Hebrææ in Theologia Exegetico-Polemica &c.

22. Nov. BRANDANUS DÆTRIUS, Germanus, Hamburgensis, Theol. Doctor, primùm Pastor Monasterii Wehndensis, mox Ducis Br. & Luneb. Concionat. Aulicus, tum Ecclesiarum Frisiæ Orientalis Superint. Generalis & Ecclesiastes Aulicus, pòst Superint. Brunsvv. demum Eccl. Brunsvicensium Superintendens Generalis, Prot-Ecclesiastes Guelphicus, Consistorii Director, & Abbas Rittershusanus, æt. 82. Formavit Quadrangularem cœli Scalam Jacobæam, sive Concionem Inauguralem Templi Zellerfeldensis: Euchologiam Christianam, ex Psalmo XX: Philadelphiam Christianam, ex Psalmo CXXXII: Conciones funebres ex Mich. VII, 9: ex Phil. I, 23: ex Psalmo XXV, 17. 18: ex Jobi XIX, 25. 26: ex Psalmo LXVIII, 20. 21: ex Ps. LXXIII, 23-28: ex Psalm. XXXIIX, 20-23: ex Ps. XXXVII, 4. 5: ex Phil. I, 21. 22: ex Job. III, 16: ex Psalm. LI, 12. 13: ex Psal. XVI, 5-11: ex II. Timoth. II, 8: ex Psalmo XLII, 12: ex I. Timoth. I, 15. 16: ex Psalm. XC, 11: ex

ex Luc. XII, 42. 43. 44: ex Esaiæ XLIII, 1. 2. 3: ex Luc. II, 28-32: ex Psalm. XXXI, 17-21: ex I. Corinth. I, 30: ex Psalm. XCII, 13-16: ex Nehem. I, 7. &c.

26. Nov. *PETRUS FRISIUS*, *Danus*, Phil. Magister, Ecclesiæ Vindingensis in Fionia Pastor, per eversionem currus, quô vehebatur, craniô contusô denatus. Delineavit *Mortem Rachaëlis & luctum Israëlis.*

16. Decemb. *GUSTAVUS A MENGDEN*, *Livonus*, Liber Baro, Consiliarius in patria Provincialis primarius, in exercitu Suecico supremus Vigiliarum Præfectus, seu, ut vocant, Generalis Major, æt. 63. Sub nomine **des Gott Vermieteten** prelo subjecit *Psalterium Davidis rythmis germanicis expressum: Meditationes Evangelicas & nonnullas Cantiones sacras alias.*

7. Decemb. *SIMON BORNMEISTERUS*, *Germanus*, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, primùm ad Spir. Sanctum per XX. deinde V. annos ad D. Sebaldi Rector, demum Hist. Professor Norimbergensis, in Teutonica Florum societate dictus FONTANO, æt. 57. Formavit *Pharum Geographicam Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, cum observationibus civilibus & ecclesiasticis: Introductionem in universalem historiam Monarchicam: Dissert. de Scientia perfecti Politici: Dissert. de erroribus Historicorum gentilium in rebus sacris recensendis:* Germanicè *Theatrum Imperatorum Romano-Germanorum: Cantiones sacras: Narrationem histor. de tempore veteris Testamenti &c.*

31. Decemb. *GEORGIUS ERNESTUS HELDBERGIUS*, *Germanus*, Cellâ-Luneburgensis, Theol. Doctor, Logices & Ethic. Professor Kiloniensis, æt. 48. prof. 16. Præses habuit *Dispp. tres de primo complexo totius cognitionis humanæ principio: Theses ex universa Philosophia depromtas &c.*

JACOBUS BÖRGERUS, *Prussus*, Regiomontanus, Philos. Magister, Gymnasii Elbingensis Rector. Ab eo prodierunt *Breve, seu Inventarium Alphabeticum rerum, phrasium & terminorum Ecclesiasticorum: Dispp. Ethicas: De veteri Romanorum crucifigendi modo & Christi cruce: De vera & utili Metaphysicæ existentia &c.*

FRANCISCUS TURRETINUS, *Italus*, Nobilis Turretinus, Verbi Divini Minister Genevensis, æt. 65. Tam Gallicos, quàm Italicos sermones habuit, ediditq; *Institutionem Theologiæ Elenchticæ parte 1. & 2: De Veritate Satisfactionis Christi, contra Socinianos & Pontificios opus: De necessaria secessione nostra ab Eccesia Romana, & impossibili cum ea Syncretismo: Theses Theologicas: Exercitationem de Libro Vitæ: De Autoritate sacræ Scripturæ: Dispp. duas de circulo Pontificio & de Concordia Jacobi & Pauli in articulo justificationis: Homilias super diversa sacræ Scripturæ loca.*

JOH. ROLOTTUS, *Suecus*, Gevaliensis, in bello Venetorum adversus

Turcas Auditor. Emisit *Tractatum historico-Politicum de Professoribus Academicis.*

SAMUEL PARKERUS, *Anglus*, Theol. Doctor, Episcopus Oxoniensis. Edidit Latinè *Tentamina Physico-Theologica de Deo, sive Theologiam Scholasticam, ad normam novæ & reformatæ Philosophiæ concinnatam*: Anglicè *Censuram Philosophiæ Platonicæ*: Sub literis SA. OXON. *Rationes pro abrogatione Testificationis illius solennis, omnibus Parlamenti membris anno 1678. d. 30.* Octob. *injunctæ*, & forsan quædam alia.

JOH. PEARSONIUS, *Anglus*, Presbyter Cantabrigiæ, dein Episcopus Cestriensis. Ab eo habentur *Vindiciæ Epistolarum S. Ignatii*: *Expositio Symboli cum novissimis annotationibus*: *Annales S. Cypriani*: *Opera posthuma*: in quibus *Annales Paulini ab anno æræ vulgaris 34*: *Lectiones quinq; in priora quædam Actorum Apostolicorum Capita*: *Gemina dissertatio de serie & successione primorum Romæ Episcoporum*: *Hypotheses de præexistentia Animarum &c.*

ANNO 1689.

2. Januar. GOTTFRIEDUS SCHACHMANNUS, *Prussus*, Gedanensis, primùm per septennium Ecclesiastes Altonæ prope Hamburgum, deinde XXXI. an. ad S. Ansgarii Pastor Bremæ primarius, æt. 65. Vertit *Joh. Martinii Commentationes in Catechesin Heidelbergensem*, è Belgico in Germanicum idioma.

10. Jan. MATTHIAS MARTINUS REINHARDI, *Germanus*, Gravenvverdâ-Palatinus, initio Pastor Ragunensis, mox ad D. Stephani Ecclesiastes Bremensis, æt. 40. Composuit *Tractatum Germ. de fugienda corporis cura.*

13. Jan. CHRISTOPH. GERTNERUS A GARTENBERG, *Germanus*, Grimmensis Misnicus, J. V. Lic. Serenissimo Sueciæ Regi CAROLO XI. ab informatione in linguis exoticis, tum Secretarius & Consiliarius Statûs Livonici Regius, demum emeritus, æt. 63. Extat ab eo in lucem protractus *Character virtutum Latino-Gallicus*: *Epigrammatum Liber*: *Centuriæ aliquot Epistolarum &c.*

-- Jan. JOH. BAPTISTA TABERNIER, *Gallus*, Baro de Aubonne, Christianissimi Regis ad Persas Legatus. Denatus est in itinere per Livoniam & Rußiam Smolenscii, ad fines Moscoviæ, annorum circiter LXX. Vulgavit Gallicè & Germanicè *Itinerarium Turciæ, Persiæ & Indiæ senis vicibus institutum per XL. annos*: *Relationem sive exquisitam descriptionem Palatii Turcici, quod serrail vocant.*

24. Jan. JOH. POMMERESCHIUS, *Germanus*, Gryphisvvaldensis Pomeranus,

ranus, J. U. Doctor, in Acad. patria Professor, Consistorii ibidem Regii Assessor, demum & Director, Ducis porro Megapolitani Consiliarius Gustroviensis, demum Reip. Lubecensis Syndicus, æt. 65. Typis subjecit *Orationem in excessum Caroli Gustavi, Regis Sueciæ: Panegyricum in natalem Caroli XI. Sueciæ Regis: Annotationes in Institutiones juris: Epistolam ad Joach. Pastorium de Satyræ Mannejanæ auctoritate: Orat. in mortem Franc. Stypmanni JC. & Antecessoris Gryphiswaldensis: Dispp. de Principe legibus soluto: De Deterioratione: De brachio seculari: De jure Colonario: De Retractu gentilitio: De restitutione spoliatorum: De charactere Vasalli Domino devincti cultu, fide, servitio: De Usuris: De perjurio, ejusq; pœna: De Judice bono, ejusq; officio: De pœnitentia legali &c.*

25. Jan. CAROLUS RODRIGUEZ, *Hispanus*, Madritensis, Linguarum exoticarum Professor primùm ordinarius in Sorana, deinde extraord. in Hafniensi Academia, æt. 71. Publicavit *Fundamenta Linguæ Hispanicæ.*

30. Jan. FRANCISCUS KÖHNE, *Germanus*, Bremensis, Theol. Doctor, hujusq; & Phil. Practicæ in Gymnasio patrio Professor, æt. 63. Publico dedit *Institutionem synopticam Ethicæ, Oeconomicæ & Politicæ: Dispp. Francisci Burmanni contractas: Axiomata Aretologica: Dispp. de felicitate morali: De Civitate: De Ratione Statûs tam Imperantium, quàm parentium &c.*

4. Febr. LAMBERTUS STEGERUS, *Prussus*, Gedanensis, Phil. Magister, primùm in Acad. Regiomontana Log. & Metaphys. Professor, Convictorii Alumnorum Electoralium Inspector primus, nec non Bibliothecarius, deinde Pastor Welaviensis, & districtus istius Archipresbyter, æt. 55. minist. 22. Reliquit *Dispp. X. Ante-Topicas: De primis cognoscendi principiis: De Monarchia: De Cartesii dubitatione: De Beatitudine contemplativa: Insigniores ex universa Ethica assertiones &c.*

7. Febr. DANIEL RHODE, *Prussus*, Regiomontanus, Philos. Magister, in Academia patria Alumnorum Elector. Inspector secundus, postea Ecclesiæ Löbnicensis Archidiaconus, æt. 44. minist. 14. Habuit Præses *Dispp. de strategematibus bellicis: De εὐπορία προτάσεων: De Magis: Theses Philosophicas.*

18. Febr. (die Concordiæ, quo & B. Lutherus piè obiit) JOH. CHRISTFRIED SAGITTARIUS, *Germanus*, Vratislaviâ-Silesius, Phil. Magister, primùm Curiæ Variscorum Pro-Rector, deinde Scholæ Jenensis Senatoriæ Rector, tum Histor. & Poës. ibidem Professor, post hæc Theol. Doctor, & Superint. Orlamundensis, demum Superintendens Generalis, Concionator Aulicus supremus & Consistorii Assessor Altenburgensis, æt. 72. offic. 46. Publicæ luci exposuit *Otium*

Jenense, sive Observationes ac Commentationes Philologicas ac Philosophicas: Notas in Clapmarium de arcanis Rerumpublicarum: Dissert. de Permissione divina: Disp. Inaug. ex Rom. IX, 19-23. contra Gomaristas: Historias Biblicas V. & N. Testamenti: Indices XI. super opera Germanica D. Martini Lutheri: Christi discipulorum infallibilia prognostica, sive Conciones funebres: Homiliam in nuptiis Joh. Adolph. & Johannæ Magdalenæ, Duc. Sax. ex Prov. XIV, 11. habitam: Conc. in obitum Ernesti, Ducis Sax. ex II. Corinth. XIII, 13: In obitum Christiani Ducis Saxoniæ &c. Scribere in animum habuit *de re nummaria veterum Germanorum.*

20. Febr. *ISAACUS VOSSIUS, Belga,* Lugduno-Batavus, Ordinum Hollandiæ Historiographus, Ecclesiæ Anglicanæ Canonicus, æt. 71. Maximo rei literariæ bono plurima emisit, ex quibus sunt; *Scylacis Caryandensis Periplus, cum translatione & castigationibus: De vera ætate mundi: Animadversiones in Pomponium Melam de situ orbis: Castigationes ad scriptum Georgii Hornii de ætate mundi: Auctarium Castigationum, contra eundem: Tract. de Lucis natura & proprietate: Dissertationes de LXX. Interpretibus: Appendix cum Versione ad lib. de LXX. Interpretibus: Ad objecta de Bruyn & Petiti de Luce: Notæ in Justinum: Liber de Nili & aliorum fluminum origine: De motu Marium & Ventorum libri IV: De Poëmatum cantu & viribus rythmi: De Sibyllinis & aliis, quæ Christi natalem præcessere, oraculis: Observationes in C. Valerium Catullum: Variarum observationum liber, cui annexa est ejusdem responsio ad objectiones Criticæ sacræ Simonianæ: Observationum ad Pomp. Melam appendix, ejusdemq; ad tertias P. Simonii objectiones responsio: Notæ in Epistolas Ignatii &c.* Promisit maximi Vir ingenii & doctrinæ *Notas in Dionysium Thracem: Catalogum Regum Ægyptiorum: Porphyrii Scholia in Iliadem Homeri: Dissert. de literis & vera pronunciatione linguæ Græcæ: Dionysii Characeni Ixeutica: Apulejum de Herbis: Meteorologica: Notas in Callimachum: In Aristophanem: ad Nonium: ad Periplum Hannonis:* ταχυπλοΐαν *seu artem celeriter navigandi.*

15. Martii *LUDOVICUS VON HAMMEN, Prussus,* Med. Doctor & Regius Dantisci Medicus, æt. 37. Dedit *Curriculum Medicum Monspeliense: Dissert. de Herniis: De Crocodilia ac Vesicæ mendaci calculo epistolas & responsiones.* Reliquit *Continuationem ad librum Jo. Antonid. van der Linden de scriptis Medicis: Tract. de Medicis Gedanensibus,* quæ suô forsan tempore lucem videbunt.

24. Mart. *STEPHANUS LE MOYNE,* sive *MORINUS, Gallus,* Theol. Doctor & Professor in Academia Lugduno-Batava, æt. 65. Habetur ejus *Oratio inaugur. de Jesu vero Messia: Dissert. de horis salvificæ passionis Jesu Christi: Oratio de linguarum Orientalium utilitate: Epistola de Melenophoris scripta ad* Gis-

Gisbertum Cuperum (quæ extat ad calcem tractatus ejus, qui vocatur Harpocrates) *Varia sacra, seu sylloge variorum opusculorum Græcorum ad rem ecclesiasticam spectantium, tom. I. & II. &c.*

30. Mart. CASIMIRUS LISZINSKI, Podsedeck Brzeski, *Polonus*, Nobilis, ob Atheismum Varsaviæ in carcerem conjectus, deinde convictus palinodiam in templo parochiali cecinit, tum ad ignem condemnatus, bona ejus fisco adjecta sunt, domusq; , quam inhabitavit, in perpetuam rei memoriam, diruta, quin imo cineres illius ex tormento quodam bellico, adversus eam plagam, ubi Tartaria sita est, explodebantur. Composuit *librum* blasphemum & impium, *quô asserrit, non esse Deum.*

30. April TORBERNUS FEGRÆUS, *Suecus*, Westrogothus, Phil. Magister, primùm Græcæ Linguæ in Gymnasio Scarensi per XII. annos Lector, deinde Pastor & Præpositus Mariæstadiensis, æt. 75. Edidit *Dissertationem de Lingua Novi Testamenti: Elogium Joh. Christophori Nylosiensis, Episcopi Scarensis, oratione ligatâ: Consolationem ad Fratrem Hacquinum, in obitum conjugis.*

3. Maji JOH. ACOLUTHUS, *Germanus*, Cruciburgensis Silesius, Theolog. Doctor, primùm Past. Damslaviensis, deinde Concionator Vratislaviæ Polonicus, tum Diaconus, pôst Pastor D. Elisabetæ, cœterarum Eccles. ac Scholarum Aug. Confess. Inspector, Professor, & Judicii Ecclesiastici Assessor, æt. 61. offic. 35. Edidisse fertur *Postillam Evangelicam: Clavem mundi., Latinè, Germanicè & Hebraicè: Stellam auream:* tacitô nomine, *Lucem in tenebris, contra Pontificios.*

5. Maji WILHELMUS LEISERUS, *Germanus*, Wittenbergensis Saxo, J. U. Doctor, in patria jurisprud. Professor, Curiæ Electoralis & Scabinatus, ut & Consistorii Ecclesiastici Assessor, æt. 61. prof. 31. Publico dedit *Tractatum de Imper. contra dominium eminens: Orat. in laudem Hedwigis, Christiani II. Electoris Sax. Viduæ: Dispp. de Landsassiis, Schriffsassiis & Ambesassiis: De Leuterationibus: De jure subfeudi: De usucapionibus: De Reconventione: De præmiis: De immutabilitate & mutabilitate juris: de Obligatione, quæ ex mutuo oritur: De Votis: De exceptione non numeratæ pecuniæ: De pacto Antichreseos: De Constitutione Romani Imperatoris: De Responsis Prudentum: De modo vocandi in jus veteri & moderno: De concursu & graduatione Creditorum: De oculari Inspectione: De exspectativa in casum mortis causâ concessa: De jure ædificiorum & ædificandi: De Obligatione fidejussoria: De emptione & venditione: De Apanagio: De Aquæ pluviæ arcendæ actione: De proprietate rerum: De quorundam jurium obitu singulari: De Commodato: De concursu Actionum: De Con-*

tractibus, qui in scriptis sunt: De constitutione Testamentariæ tutelæ: De Deposito: De Electoratu Bohemiæ: De injuriis: De actione negatoria, utrum actor, an reus, probare debeat? De jure civilitatis: De jure depositi & Sequestrationis: De jure Protimiseos, quod Domino feudi competit: De L. Scripturas XI. c. qui potiores in pignore habentur: De Robaria & vi bonorum raptorum: De fide fidelis &c.

17. Maji DANIEL WALLENIUS, Suecus, Westmannus, Phil. Magister, æt. 30. Conscripsit Diatribam de Emblematibus.

20. Maji JUSTUS VALENTINUS STEMANNUS Danus, Helsingorensis, Eccles. Germanicæ & Arcis Croneburgensis Past. regius, tum Theol. Doctor, collegii Consistorialis & Facult. Theol. Assessor, demum Generalis apud Holsatos Superintendens & Consiliarius Consistorii Regii, æt. 60. Hujus extat Ecclesia Romana, monstrum triceps: Parentatio in exequias Nobil. Fridericæ Sophiæ Holk.

26. Maji CHRISTIANUS NIFANIUS, Germanus, Dithmarsus, Theol. Licentiatus, primùm Gymnasiarcha Scholarumq; Inspector Waldeccensis, deinde Consiliarius Ecclesiasticus Brandenburgensis, Comitatus Ravensburgensis Superintendens, Ecclesiæ collegiatæ Decanus, ut & Ministerii Bilefeldensis Senior, æt. 60. Scripta ejus sunt: Ostensio, quod Carolus M. formaliter non fuerit Papista: Carolus Magnus Veritatis Evangelicæ Confessor denuò exhibitus atque ab impugnationibus Nicolai Schaten S. J. vindicatus: Veritas Ecclesiæ ac doctrinæ Lutheranæ, contra Keddium & Erbermannum vindicata: Tractatus de fide Infantum baptizatorum: Positiones adversus Hugonis Grotii annotationes in Johannem: Johannis Evangelium enucleatum: Exercit. de duplici Catechismi Biblici à D. Adolpho Gothefr. Volusio editi fundamento: Germanicè Mataeologia Labadiana, sive judicium quid de Religione Joh. de Labadie & consortum judicandum? Responsum ad rationes præcipuas, quibus Licent. Andreas Frommius ad Ecclesiam Romano-Catholicam transire commotus est: Priorum Christianorum cursus & peregrinatio: judicium, quid de Religione eorum, qui nuper Hervordiæ in Ducatu Ravensbergensi Congregationem instituerunt, sit judicandum?

26. Maji CHRISTOPHORUS BEZELIUS, Germanus, Magdeburgensis Saxo, Phil. Mag. Ecclesiæ Teutonicæ ad S. Gertrudis Pastor Holmensis in Suecia primarius, Consistorii Assessor, & Scholæ ibidem Germanicæ Inspector, æt. 61. minist. 37. Typis subjecit Conciones sacras super Evangelium Domin. V. post Trinitatis, ex Marc. VII: Pœnitentialem ex Proverb. I, 22-33: Funebres ex Psalm. XXXVII, 3. seqq: ex Job. III, 16. 17. 18: ex Psal. XXV, 17, 18: ex Psal. CXVI, 12. 13. &c. Clypeum fidei, contra mortis spicula, in funere

funere Caroli Gustavi, Principis Sveciæ.

3. Junii FRIDERICUS HOFFMANNUS, *Prussus*, Regiomontanus, Phil. Magister. æt. 25. Reliquit *Dispp. de Oratore perfecto: De Imaginationis natura, ejusq; viribus.*

13. Julii JOH. VOLKMARUS BECHMANNUS, *Germanus*, Fidelhusâ-Isenacensis, J. U. Doctor, primùm Advocatus Curiæ Provincialis, deinde in Academia Jenensi juris Professor, Comes Palatinus Cæsareus, Imperii Exemptus, Civis Romanus, Consiliarius Saxonicus, Curiæ Provincialis Scabinus & Collegii juridici Assessor, æt. 65. profess. 31. Juris publici fecit *Exercitationes VIII. ad auream Bullam Caroli IV: Commentarium Pandectarum: Institutiones juris publici axiomaticas: De Donatione Constantini Magni: Dispp. de Ægritudine ejusq; juribus & privilegiis: De lubrico ætatis: De jure Asylorum: De Advocatione causarum: De Barrattaria: De Braxatione: De casibus fortuitis: De clericorum privilegiis: De pluribus concurrentibus Actionibus: De jure Consiliorum: De eo, quod justum est circa dies: De eo, quod circa Equos publicè privatimq; justum est: De jure famulorum hodierno: Ubi fides non servanda: De delictis pœnâ gladii coërcendis: De Incendio: De Dicasteriis, Camerali, Aulico, Rotwilensi: De privilegiis mulierum: De jure Operarum: De Postis: De privilegiis Studiosorum: De Sequestris & sequestrationibus: De jure statuum Imperii: De jure Stillicidii: Collationem juris Suecici & Romani, in materia Successionum ab intestato: De Tutore Testamentario: De Actionibus limitatis: De Actorum publicorum autoritate: De Æstimis: De amabili compositione: De Appellationibus: De augmento: De beneficio competentiæ: De Civitatis ex mutuo Obligatione: De coitu damnoso: De Conditione indebiti: De concursu duarum causarum lucrativarum: De Donationibus: De excussione debitoris: De Coronæ opibus: De crimine maleficii: De favore rei in crimine: De Felonia: De fide instrumentorum: De fructuum perceptione: De Guaranda: De Imperitia & infirmitate: De Imperatore Romano-Germanico ejusq; electione: De jure Numellarum: De legitima matris & aviæ tutela: De Locatione & conductione: De jure: De jure Retractus: De justa injustè ditescentium Nemesi: De jure constituendi: De jure consiliorum: De obligatione impuberis: De Opificibus & literatis clancularis: De pacto commissorio: De Pactis adjectis: De Pœnitentia delinquentium: De privilegio Ordinis: De Privatorum, Principum ac Nobilium tutelis: De probatione instrumentali: De purgatione Canonica: De Renunciationibus: De rerum alienatione libera: De Sponsalibus: De συνεισφορᾷ τῶν πραγμάτων: De Surrogatione: De termino Saxonico: De teste in propria causa: De Commissario Imperii in caus. instit: De his, quæ in continenti fiunt: De Mora: De Augusta: De potestate circa sacra in imperio Rom. Germanico: De jurisdictione, ejus-*

ejusque turbatione: De potestate legis in Principem: De beneficio separationis bonorum: De eo, quod justum est circa instrumentum Parentum inter libros: De privilegiis pauperum: De relevatione oneris pobandi ex præsumptionibus testium: De jure ludendi: De Pignoribus: De Fructibus: De jure Venationis: De Obligationum confusione & resuscitatione: De jure non scripto: De Fidei commissis ex casu contrafactionis per alienationem extra familiam resultantibus: De materia contractuum consensualium: De distractione pignorum: De Insignibus: De jure Serenissimæ Domus Saxonicæ: De Austregis: De Imperii Germanici causis atq; modis conservantibus, augentibus, & corrumpentibus: De jure alienandi: De Libello: De judiciis: De privilegiis bonorum ecclesiasticorum: De successione & electione in imperio Romano-Germanico: De jure Facetiarum: Ad librum 2. ff. qvando ex fact. tut. &c.

16. August. ANDREAS CHRISTOPHORUS SCHUBERTUS, *Germanus*, Halensis Saxo, Phil. Magister, Ecclesiæ patriæ ad D. Moritii Diaconus, tum ibidem Pastor, & Gymnasii Inspector, demum Theol. Doctor, Ducatûs Magdeburgici Consiliarius Ecclesiasticus, Dioeceseos Salanæ Inspector, ad D. Ulrici Pastor & Scholarcha, æt. 60. minist. 33. Edidit *Controversias Methaphysicas ad Tabulas Stahlii: Fasciculum disputationum Academicarum singularium: Logicam Academicam: Ethicam Peripatetico-Scholasticam; Collegium Sophismaticum: Politicum: Axiomaticum*: Germanicè *Conciones Catecheticas: Viam ad perfectionem, sive conc. catechet. continuatas ad Evangelia Dominicalia & Festivalia: In Orationem Dominicam: Concionem Doctoralem: Novi anni inauguralem: Funebres varias ex Joh. V, 24. &c. Concionem de igne & incendio: Dispp. de Potentia obedientiali & naturali: De distinctione graduum Metaphysicorum, secundum mentem Thomistarum, Schotistarum & Nominalium: De Ritibus primitivæ Ecclesiæ baptismalibus.*

5. Septemb. ESAIAS PUFENDORFFIUS, *Germanus*, Chemnicensis Misnicus, Phil. Magister, primùm Regis Sueciæ in Ducatibus Bremensi & Verdensi, deinde Regis Daniæ Minister Statûs, & sæpe Legatus. Ratisbonæ in Comitiis defunctus. Præter scripta qvædam publicô Magnatum nomine edita, conscripsit juvenis *Dispp. de Druidibus: De Legibus Salicis, aliisq; materiis.*

7. Septemb. JOH. PETRUS TITIUS, *Germanus*, Lignicensis Silesius, Dantisci apud Prussos Professor, tandem emeritus, æt. 71. prof. 38. Qvæ bono divulgavit publico, sunt sequentia; *Aristides justus, Dissert. III. de Amicitia, & Orationes V. Virgilianæ: Florilegii Oweniani centuriæ duæ: Poëmatium juvenilium libellus: Noctium Poëticarum Præmetia: Manipuli tres: Dolorum libelli: Manuductio ad excerpendum, observationes de vitiis*

Latini Sermonis & locutione emendata. Accesserunt commentationes de adminiculis Latinæ Linguæ, de Stator & cognatis, de Pecunia vetere ac nova: Oratio secularis, in seculum tertium Prussiæ à Crusiferis liberatæ: Hortus oratione repræsentatus: Oratio, cùm Joh. III. Rex Poloniæ Vindebornâ felicissimè liberatâ victor Cracoviam ingressus esset, habita: Specimen Decadum Historicarum: Ideæ Rhetoricæ, cum promulgationibus Actuum Orat. ac Poëticorum, ejusq; autoribus: Jacobi Augusti Thuani Voluminum Historicorum recensio, ejusdemq; lustratio: Germanicè *Libri duo de arte pangendi carmina Teutonica: Kneniönis epistola ad Ghodoren: Vita ex morte, sive Poëma de nuptiis ex Sepulcro, inter Gaurin & Rhoden: Lucretia: contilenæ sacræ: cogitationes nuptiales &c.* Reliquit typis pariter imprimenda *Adversaria, seu Miscellanea Philologia.*

18, Septemb. *JOHANNES FRICK, Germanus*, Vlmensis, Philos. Magister, Logices primùm in Gymnasio patrio Professor & Pastor Jungingæ pagi prope Vlmam, postea ad ædem S. S. Trinitatis in ipsa urbe Diaconus, tum Pastor, tandemq; in summo Templo Ecclesiastes, æt. 55. minist. 23. profess. 28. In lucem emisit *Conradi Dieterici Institutiones Catecheticas, cum controversiis Arminianorum aliorumq;, quæ post mortem B. V. ventilatæ demum fuere & exortæ: Dispp. de Prædicamento Substantiæ: De Prædicam. Relationis: De Prædicatione: De Enunciationibus exponibilibus, & earum expositione: De dicto de omni & nullo: De circulo Demonstrationis: De demonstrationibus in Philosophia practicâ: De Syllogismo Pseudographo: De causa efficiente: De causa materiali:* Germanicè *Consilii Philosophico-Theologici de Cometis, cum appendice contra Simonem Bormeisterum: Deductionem fundamentalem, cur Christianus sanæ rationis Religionem eligere debeat Evangelicam, præ Papæa & Calviniana: Meditationes sacras de nomine Jesu.* Affectum etiam & penè absolutum reliquit opus, quô *Jacobi Böhmens principia, hypotheses & scripta refutando destruere* suscepit, sed morte præpeditus absolvere nequivit.

-- Septemb. *JOH. JACOBUS VVALDSCHMIDT, Germanus*, Rotheimensis Wetter. Med. Doctor, ejusdemq; in Academia Marpurgensi Professor primarius, Physices ordinarius, Hassiæ Landgravii Medicus Cubicularius, nec non Academiæ Naturæ Curiosorum Collega, dictus PRIAMUS. Concinnavit *Institutiones Medicinæ Rationalis: Epistolas ad Joh. Dolæum de variis rebus physicis & medicis: Praxin Medicinæ rationalis succinctam. Accesserunt Notæ ejus ad praxin Chirurgicam Barlette & casus Barth. Timæi à Güldenklee: Dispp. de Dysenteria maligna: De Ebrietate: De Epilepsia: De affectione hypochondriaca: De opii & opiatorum usu: De Colica: De Cura lactis Podagricorum solatio: De Mania: De*

chylificatione: De viribus Theriacæ Greifswaldianæ cœlestis dictæ: De Auro: De Argento & Cupro: De Acidulis: De chylo & sanguine: De ventriculi & intestinorum morbis: De Hemorrhagia narium: De Morbis aulicis: De Pernionibus: De Medico Cartesiano: De Chirurgo Cartesiano: De Sensibus: De Elementis: Quæstiones Philos. Miscellaneas: Observationes de sanguine ex venæ sectione albo: De monstro humano abominabili: De Dysenteria Acidularum potu curata: De Dysenteria pedis sanata: De Vesicatorii usu in malignis: De Medicamento febrifuga ex lapide scissili: De Panacea solari Wildeganssii: De animi deliquio in juvencula, ex receptione seminis virilis: De ingenti Catharsi ex insomnio: De febri maligna ex mærore: De Atrophia spasmodica: De paracenthesi hydropica: Anatomen aquis submersorum: De Opii dosi insufficiente nocente: De tumore mammæ scirrhoso. Conf. Acta Acad. Naturæ Curios. tomô II. & III. Germanicè Instructionem de usu Herbæ Thee: Anchoram salutis pro Variolosis &c.

3. Octob. QVIRINUS KUHLMANNUS, Germanus, Vratislaviâ-Silesius, Homo fanaticus & Neo-Bohemus, diu multumq; in Gallia, Belgio, Anglia & Oriente oberrans, qui se quandoque LUDOVICUM LUDOVICI vocavit, tandem in Muscovia, ob vaticinia quædam & seditionis motum, concrematus, æt. 38. In effigie, quam Andreas Lippius edidit, ita celebratur:

Alter Scaligerûm, Taubmannus, Grotius, Opitz,
Barthius, Iscanus, Gryphius, Muretus, Erasmus!
Henoch, Josephus, Davides, Josua, Moses,
Elias, Daniel, Salomon, Elisa, Johannes!
Cyrus, Alexander, Constantin, Karl, Fridericus!
Liligerus, Juvenis, Frigerans, Artista, Sophata.
ô Pater, hæc tua sunt! Hæc ad te cuncta reflexit!

Ab eo extant Epistolæ IX. ad Athanasium Kircherum de Arte magna sciendi, sive arte combinatoria, de admirandis quibusdam inventis: Epistolarum Londinensium Catholica, ad VVicklesio-VValdenses, Hussitas, Zwinglianos, Lutheranos, Calvinianos: Germanicè De cœlesti osculo amoris, sive cogitationes poëticæ, ex Cantico Canticorum: Discursus sacri & profani de pulcerrimis Virtutum flosculis: Mortalitas immortalis, sive centum Epitaphia: Caduceator historicus: Neo-Bohemius illustratus &c.

6. Octob. HENRICUS BALTHASAR ROTH, Germanus, Gerenâ-Schvvartzburgensis, J. V. Doctor & Prof. in Aca-

Academia Jenensi, Consiliarius item Saxonicus & Schvvartzburg. Collegii juridici Antecessor, Scabinatus & Curiæ Provincialis Assessor, æt. 50. Habuit Præses *Dispp. de Fidejussoribus delinquentium: De Interventione tertii: De imperio paris in parem: De jure præcipui: De actione in factum ex jure: De characteribus: De Commerciis institoriis: De confiscatione statutaria: De emeritis: De eo, quod justum est circa domum cujusq; propriam & suam: De Exceptione intentionis sive facti: De hominis mortui sepultura prohibita: De juribus Fidejussoris convenire volentis principalem debitorem, antequam ipse solvit: De Laudemiis: De Paraphernalibus uxorum bonis: De periculo & commodo in emptione vini: De potestate Domini territorii & relativa substitorum obligatione: De præscriptione rerum, quæ sunt meræ facultatis: De remedio revisorio adversus Sententiam Cameræ Imperialis: De sumptibus convivii nuptialis: De Vindemia legali, sive de Vini novi legato: De Concordia: De Feudo merè hæreditario: De Novalibus: De resignatione Dominii judicali: De falsa moneta: De Reticentia: De occisione impuni: De juribus sepulcrorum: De actione hypothecaria: De præscriptione rerum, quæ sunt meræ facultatis: Decadem casuum practicorum circa materiam ususfructus: Decadem casuum pract. circa materiam Hypoth. act. Cautionem de non offendendo &c.*

15. Octob. JOHANNES MELCHIORIS, *Germanus*, Solingâ-Montanus, primùm Pastor Ecclesiæ Frecensis, haud procul Colonia Agrippina, deinde Chaldekirchensis in Geldria, tum Düsseldorpensis, demum Theol. Doctor, ejusdemq; Professor, Antistes Dillenburgico-Nassovicus, Scholarum Inspector, & Consistorii Assessor, æt. 43. minist. 22. Edidit Latinè *Orationem de Veritatis ad conscientiam demonstratione: Tractatum de Religione, ejusq; natura & principio, contra B. de S.* (Benedictum de Spinosa) *anonymum: Dialogos apocalypticos, de facto duorum testium, ad Apoc. XI, 3-14. Septem phialis seu plagis ultimis, ad Apocal. XV. & XVI. Millenario ligati Draconis, ad Apoc. XX: Disp. inauguralem de obligatione naturali inter Deum & hominem: De Investigatione Prædicationis:* Germanicè *Christianum fidei fundamentum, quod sacra Scriptura sit divina revelatio: Virum miraculosum, ex occasione famosi Monachi Capucini, Marci de Aviano: Tractatum de vero & apostolico Purgatorio &c.*

– Octob. MARQUARDUS GUDIUS, *Germanus*, Rensburgensis Holsatus, primùm Ducis Gottorpensis Consiliarius & Bibliothecarius, deinde Regi Daniæ à Consiliis Status & Regiminis Holsatici, Polyhistor maximus. Possedit Bibliothecam, judice celeberrimô Morhofiô, quæ omnium privatorum regina dici meretur, & vel cum regiis contendere Bibliothecis potest. In lucem emisisse dicitur *Observationes in Phædri*

Fabulas: Paravit *Opus Inscriptionum Romanarum* tot annos illi perpolitum: *Poëmata*, & alia quàm plurima, quæ tamen mors orbi erudito invidit.

24. Octob. MATTHIAS ZIMMERMANNUS, *Hungarus*, Theol. Doctor, primùm Pastor & Superintendens Colditiensis, deinde Misenensis, æt. 64. Typis subjecit *Dissertationem Historico-Theologicam, ad dictum Tertulliani; Fiunt, non nascuntur Christiani: Analecta Miscella menstrua sacræ & profanæ eruditionis: Amœnitates Historiæ Ecclesiasticæ: Commentariolum de Presbyteris veteris Ecclesiæ: Historiam Eutychianam: Florilegium Philologico-Historicum partibus duabus. Præmittitur Diatriba de Eruditione eleganti comparanda: Florilegii hujus Appendicem.* Germanicè *Conciones super Evangelia Dominicalia VI. VII. VIII. & IX. post Trinit. in thermis VVolckensteinensibus habitas: Conc. Funebres &c.* Ei quoque à Daniele Hartnaccio in Biblioth. p. 292. tribuuntur *Asciani Montes pietatis Romanensis detecti, continentes nervos ascensus Ecclesiæ Romanæ.*

30. Octob. JOH. REBHAN, *Germanus*, Romhildâ-Francus, J. U. Doctor, in Academia Argentoratensi primùm Institut. deinde Cod. & Feudal. professor, Universitatis & Collegii Juridici Senior, Comes Palatinus Cæsareus, Capituli Colleg. ad D. Thomæ Præpositus, diversorum Principum & Comitum Imperii Statuum Consiliarius, æt. 86. profess. 52. Rectoratum gessit novies, Decanatum 36. Examinibus Candidatorum 436. interfuit Examinator, trigesies & semel Promotoris munus sustinuit, & 65. in Doctores & Licentiatos promovit. Intra 55. annos S. Biblia 34. vicibus perlegit. Perspicillis nunquam usus est. Vulgavit *Annotationes ad Institutiones juris Justiniani Imperatoris: Hodogetam juris, selectas quæstiones Justinianeas: Annotationes ad Speidelii Notabilia: Informatorium VVesenbecianum: Paralypomenων Meierianorum, sive quæstionum juris selectarum, ad uberiorem Collegii juridici Argentorat. Interpretationem directorum decades VIII: Scipionis Gentilis tractatum de Erroribus Testamentorum, à testatoribus ipsis commissis: Dispp. de statutis Civitatum Imperii Liberiarum & Immediatarum: De jure Sepulcrorum: De beneficio inventarii: De uxore mercatrice: De Nobilitate acquirenda & amittenda: De præscriptione immemoriali: De Indiciis delictorum in genere: De Collatione bonorum: De jure Legationis: De Personis, quæ consensum præstare nequeunt: De cumulatione petitorii & possessorii: De necessaria defensione: De diversis familiis veterum Jureconsultorum: De Fidejussorum beneficiis: De Interdictis: De interpretatione juris obscuri: De Tutela & Cura: De Relaxatione à juramento præstito: De dividuis & individuis Obligationibus: De scientia Heredum &c.*

13. Novemb. PHILIPPUS ZÆSIUS, *Germanus*, Priroviâ-Saxo, Phil. Magister, Comes Palat. Cæsareus, Eques, in Societate Fructifera dictus **der Wol-setzende** / Collegii Teutonici, quod à Rosis nomen habet, Conditor, **der Färtige** appellatus, æt. 70. Hamburgi. Publicæ luci ab eo exposita sunt Latinè *Disputatio de Sale: Διάλεξις de sophistica: Scala Heliconis Teutonica: Cœlum Astronomico-Poëticum: Leo Belgicus h. e. Reip. Belgarum descriptio: Poëmata varia:* Germanicè *Encomium Typographiæ: Poëma de vi & efficacia Amoris: Melpomene, sive Epicediæ in passionem & mortem Christi: Elogium Christinæ, Suecorum Reginæ: Moralia Horatiana: Pluvia aurea, ad Ferdinandum Imp. Romanum: De utilitate Salis ad Halenses: Canticum Canticorum versibus germanicis expressum: Helicon Teutonicus: Heliconis censura: Societas à Rosis: Societas à Liliis: societas à caryophyllis denominata: Priravia, de laude patriæ: Simson, lusus amatorius: Cantiones de imitatione Christi mundiq; vanitate, ex Thoma de Kempis: Cantus heroici de sanctis Angelis: Cantus Viales: De Deorum gentilium fabulosa origine: Parodiæ Horatianæ: Epistolæ ad Societatis Teutonicæ Collegas exaratæ, cum eorum responsis: Scriptum consolatorium ad Daniëlis VVeimanni viduam: Linguæ Teutonicæ orthagraphia: Assenat, de Josephi historia: Theologorum judicia de coërcendis conscientiis in rebus fidei: Politicorum judicia de eadem materia: Libellus precum pro fœminis consignatus: Clio cœlestis, in natalem Domini: Cantiones vernales: Flammulæ amoris, sive sacrarum cantionum gustus: Spiritualis animæ voluptas, sive inter sponsum cœlestem ejusdemq; sponsam cantio mutua: De vitæ humanæ miseria: De ejus fragilitate & fuga: Spiritualis pratorum & hortorum consideratio: Rosemunda, sive XXXI. Colloquia de Lapide sapiente: Rosemunda Adriatica, lusus amatorius: Majestas repudiata, & exaltata in Carolo II. Rege Angliæ: Ejusdem Majestas coronata: Manuductio ad artem conficiendi colores: Piarum fœminarum suscitabulum: Descriptio Urbis Amstelodamensis:* Belgicè *Cantiones Ecclesiasticæ: Theatrum veritatis contra falsitatem: Explicatio super methodum Latinæ linguæ Schauburgi:* In Germanicum transtulit ex Latino *Aug. Buchneri Orationes duas, quas Carolus I. Rex Angliæ ad mortem condemnatus habere potuisset: Matth. Dögenii Architecturam militarem:* Ex Gallico *Maness. Malleti architecturam militarem, seu Fortificationem: Scuderi de amoribus Ibrahimi & Isabellæ: Historiam amatoriam, cui titulus; Sophonisbe: G. Furnierii Architecturam militarem:* Ex Belgico *Legationem Belgarum ad Japonenses: Jo. Beverovicii thesaurum sanitatis: Olferti Dapperi Africam: Arnoldi Montani Americam, cum additamentis: Manuductionem ad artem pictoriam.* Ex Germanico in Belgicum *Joh. Arndii hortum Paradisiacum: Biblia pauperum.*

30. Novemb. HENRICUS VVAGENFELDT, *Germanus*, Phil. Magiſter, Log. & Methaphyſ. per XLIV. annos in illuſtri Schola Bremenſi Profeſſor, ferè octogenarius. Reliquit *Metaphyſicam compendiariam: Logicam: Diſpp. Philoſophicas quàm plurimas.*

6. Decemb. JOHANNES DÜRRIUS, *Germanus*, Dresdenſis Miſnicus, Theol. Doctor, Conſiliarius Eccleſiaſticus, Concionator Aulicus, Superintendens, Paſtor & Profeſſor Serveſtanus, æt. 76. offic. 47. Inclaruit ex *Tractatu de parvis Logicalibus: Harmonia Confeſſionis in articulo de Perſona Chriſti: In articulo de S. Cœna: Antiqua Anhaltinorum fide Evangelica: Ejusdem Defenſione: Reſponſo ſolido ad conſiderationem Catechiſmi Zwickeriani: Nucleo Catechetico: Quæſtionibus decem de S. Cœna: Conſideratione devoti cordis, in ſanctificatione Sabbathi: Ducum Anhaltinorum chriſtianis meditationibus precandi gratiasq́ agendi: Harmonia publica doctrinæ Chriſtianæ: Pericopa Johannea: Claſſicis Scripturæ ſacræ dictis: Sylloge diſtinctionum Theologicarum: Concione, die Viridium habitâ, cum ſcrutinio Ubiquitatis: Diſpp. de quinq́ quæſtionibus Logicis: De vero & falſo: De Magia naturali: De Intellectu: De potiſſima animæ rationalis facultate: De Majeſtate carnis Chriſti* θεανθρώπου: *De ejusdem in cœlo & in terris præſentia &c.*

-- Decemb. NICOLAUS CHRISTOPHORUS REMBINGIUS, *Livonus*, Mitoviâ-Curonus, Theol. Licentiatus, Log. & Metaphyſ. Profeſſor Gryphisvvaldenſis. Reliquit *Diſpp. de cauſa Actionum moralium: De Obligatione Sermonis: De Ottone Magno &c.*

20. Decemb. CHRISTOPHORUS NICOLAI, *Germanus*, Paſtor primum Pleddinenſis, deinde Schvveinicenſis, demum Præpoſitus & Superintendens Clödenſis, non procul Wittenbergâ. Prodire fecit *Jeſum ſanguinolentum, quinq́ homiliis ex hiſtoria paſſionali explicatum: Gaudium Chriſt-evangelicum, ſuper Evangelia anniverſaria, juxta Symbolum Joh. Georgii I. Electoris Saxoniæ:* Meinen Jeſum laß ich nicht: *Suſcitabulum conſcientiæ Paſſionale: Epitaphium Jeſu Chriſti Paſſionale: Homiliam in erectione novi Altaris habitam: Conciones duas de Magiſtratu Politico, ex Matth. XVII, 24-27. & Eſaiæ XXII, 20. ſqq.*

22. Decemb. ANDREAS SENNERTUS, *Germanus*, Wittenbergenſis Saxo, Phil. Magiſter, Ling. Orientalium per LI. annos Profeſſor, Academiæ Wittenbergenſis Senior, æt. 84. Ab ejus ſupereſt induſtria *Proverbiorum Arabicorum Centuria, juxta interpretationem Latinam: Linguarum orientalium Canones centum: Diſſertatio de Ebrææ SS. Linguæ, nec non Orientalium reliquarum ex parte, origine, antiquitate, progreſſione, incremento, fortuna varia & cultu: De divino nomine Elohim Diatriba: Sciagraphia de Accentibus Ebræorum, quot in SS. Bibliis habentur: Ebraiſ-*

mus,

mus, Chaldaismus, Syriasmus, Arabismus, Rabbinismus: Athenæ & inscriptiones VVittenbergenses: Dissertatio de quatuor Linguæ Ebraicæ ætatibus: Hypotyposis Harmonica Linguarum Orientalium Chaldææ, Syræ, Arabiæque: Hypomnemata de rerum naturalium principiis, occultis qualitatibus & generatione: Bibliothecæ Acad. VVittenberg. publicæ libri præstantiores: Grammatica Orientalis: Beatus homo, sive Psalmus primus Davidis notis illustratus: Psalmi VII. & VIII. expositio: Scrutinium Religionum, de Religionum varietate, & una sola Christiana & vera: de principio Religionis in genere, & Christianæ in specie: Tabulæ in Grammaticam Ebræam; Manualis Concordant. prodromus: Psalmi graduum XV: Symbolum Apostolicum notis illustratum: Christianus non Christianus: Canticum Canticorum notis illustratum: Novissimorum novissima in 1. Corinth. XV, 24-28: Exercitationum maximè Theologicarum fasciculus circa Religionis Christianæ principium, veritatem & summam: Trias Exercitationum de Theologia, Anthropologia & Christologia: Exercit. Theol. de Articulis Fidei fundamentalibus: Exercitationum Philologicarum pars I. & II: Aphorismi C. succincti, quibus lingua S. Ebræa compendio brevissimo traditur: Introductio brevis ad Linguæ Arabicæ rectam lectionem: Martini Trostii Grammat. Ebræa recognita & locupletata: Triga exercit. Philologicarum de Prot. Evangelio Genes. III, 15. de Loco ex Psalmo XL, 8. de Psal. CXVII. notis illustrato: Δύας quæstionum de myster. SS. Trinitatis, de Mediationis opere inter Deum & Hominem: Johannis Apostoli epistola Syriacè scripta, cum versione Latina: Epitome Theologiæ naturalis: Notæ & exercitationes in Psalmos Pœnitentiales: Pastor bonus: Germanicè Speculum vitæ æternæ: Dispp. figillatim emissæ quàm plurimæ, ex quibus Biga exercitationum de formali S. Scripturæ intento: De כתנים sive dictis Ebræorum, ex Psal. XCIX, 6: De punctorum vocalium Ebr. neque cum literis, neque cum verbo Dei coævitate: De mendis Codicum Apographorum: De Vrim & Thummim: De notitiis naturalibus, præsertim connatis, & an, & quæ, ac quantæ illæ sint in religionis negotio, sive spiritualibus? De Conscientia ejusdemq; constitutione varietate & casibus, quos sic vocant, in genere: De nomine Dei Elohim: De germana Characterum Judaicarum antiquitate: De conjugationum Ebraicarum significationibus: De quadratæ characterum Ebr. figuræ antiquitate: De Gigantibus: De voto Jepthæ ex Judicum XI, 30. sqq: De Gen. IV, 1. sqq: De Vr Chaldæorum ex Gen. XV, 7: De morte Mosis & sepultura ejus, ex Deut. XXXIV, 5. sqq: ex Cant. Cant. III, 1. sqq: Ex Esaiæ VII, 14: De investigatione radicis apud Ebræos: De literis Ebræorum Samaritanis: De iis, quæ fuerunt in arca fœderis, ex I. Reg. VIII, 9. & II. Paral. V, 10. collatis cum Hebr. IX, 4: De semine Messiæ, ex Jerem. LIII, 10: Ad loca Psal. LVIII: Ad Psal. XXII, 17: Ad Psal. XI. XII. XIII. XIV. XV. & XVI. &c.

31. Decemb. ELIAS GREBENITZ, *Germanus*, Megapolitanus, in Electorali Universitate Francofurtana primùm Logic. & Metaph. Prof. deinde Theol. Doctor ejusdemq; Prof. primarius, & Senior, æt. 62. prof. 35. Extat ejus *Collegium Politicum: Decas Miscellanea; Irenonaus oratione inaugurali exstructus, perlustratus: Tractatus de Christo ἀναμαρτήτῳ: Sciagraphia articulorum fidei fundamentalium, secundum tolerantiam ecclesiasticam; Tractatus de Gratiæ divinæ universalis negatione: Theologiæ Systematicæ Propædia, & Pœdias liber primus: Bibliosophia: Tractatus de Theologia & Scriptura sacra: De Scriptura probanda, contra Scrutinium Veritatis Joh. Frid. Hackii, S. J: De Regeneratione: Dispp. Philosophicæ: Tessaradecas Metaphysica: Dispp. Theologicæ Miscellaneæ: De Episcopo:* Germanicè *Constantia invictix Sanctorum contra Alber. à Burghoff: Informatorium de utraque Religione Evangelica &c.*

JULIUS BARTOLUCCIUS DE CELLENO, *Italus*, Congregationis S. Bernhardi Reform. ordinis Cisterciensis & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbas, nec non Lingvæ Hebrææ & Rabbinicæ in collegio Neophytorum & Transmarinorum ab an. 1651. Romæ Professor. Eô autore prodiit Latinè *Bibliotheca magna Rabbinica, de Scriptoribus & scriptis Rabbinicis, tomis tribus*, qvartus lucem præstolatur: Italicè *Vita Robert. Cardinalis de Nobili Bibliothecarii de S. R. E. pronepote Pontificis emendata & amplificata.*

JACOBUS REICHMANNUS, *Germanus*, Kembergensis, Saxo, Phil. Magister, ejusdemqve Facultatis Wittenbergæ Adjunctus, dehinc Scholæ Torgaviensis Rector. Edidit *Breviarium Theologico - controversum: Elogium Pauli Röberi, Theol. carmine heroicô contextum: Collegium Concionatorium super dicta Biblica: Apparatum ad habendas conciones sacras: Dispp. de Echo: De titulo cruci Christi præfixo: De Sibyllis: De Neo baptismo, ex I. Cor. XV. 29. &c.*

BOHUSLAUS BALBINUS, *Bohemus*, Reginohradecensis, S. J. Rhetorices Professor Pragensis, Præfectus Scholarum & Congregationum B. Virginis, nec non Missionatius, æt. 78. Soc. 53. Exaravit *Divam Vuartensem, seu origines & miracula B. V. Mariæ, qvæ Vuartæ in limitibus Silesiæ colitur: Divam Turzanensem, seu origines & miracula B. V. Mariæ, qvæ Turzanæ in Moravia ad urbem Brunæ colitur: Divam Montis sancti, sive origines & miracula magnæ Dei Hominumqve Matris Mariæ, qvæ in monte sancto Regni Bohemiæ colitur: Vitam Venerabilis Arnesti, vulgo Ernesti Primi, Archiepiscopi Pragensis: Origines illustrissimorum Comitum de Gvllestein: Examen Melisseum, seu Epigrammatum Libros qvinqve: Verisimilia humaniorum disciplinarum, seu judicium de omni literarum artificio: Epitomen rerum Bohemicarum: Legationem*

nem Apollinis Cœlestis ad Universitatem Pragensem: Sodalem Marianum: Orationem de S. Maria Magdalena: Miscellaneorum Historicorum Bohemiæ Decadis primæ libros sex.

JOH. GRAVIUS, *Germanus*, J. U. Doctor, juris Canonici & Praxeos in Academia Tubingensi Professor, Facult. suæ Senior, & Consiliarius Würtenbergensis. Emisit *Syllogen assertionum ex jure civili, Canonico, Feudali & Publico: Dispp. de Austregis: De commisso Emphyteuseos: De judicio diffamatorio: De judicio syndicatus: De investitura Feudali: De jure seqvestri &c.*

JACOBUS ROESERUS, *Germanus*, Sonderhusa - Schvvartzenburgicus, Phil. Magister, primùm Gymnasii Epperiessensis in superiori Hungaria Histor. & Eloqv. Professor, postea Pastor N. nî fallor, in Saxonia. Præses habuit *Dispp. III. de morte Judæ, Proditoris Domini, ex Matth. XXVII, 5. & Act. I, 18: De fictitia denominatione idololatrici Sacrificii Missæ in Papicolis, ex Deuter. XVI, 10: De Nuptiis: De Transitu exercituali denegato, an & quatenus justi belli titulum promereri queat? De justitia bellorum ob Commeatum denegatum susceptorum: De potestate Principis cogendi Legatum eundi ad hostes quosvis: De jure deditionis: De justitia Strategematis in conburendis navibus Batavicis à Britannis instituti: De Dictatoris potestate: De manifestatione nominis Jehovæ, ex Exod. VI, 2. &c.*

JACOBUS VVÆCHLERUS, *Germanus*, Phil. Magister, primùm Ecclesiæ Ossatiensis, deinde Grimmensis Archidiaconus. Vulgavit *Conciones funebres: Dispp. de jure creandi Doctores: De Civitate, subjecto Reipublicæ: De Monarchia: De subjecto Majestatis, Monarchico pariter ac Polyarchico: De jure vitæ ac necis: De summa potestate circa fodinas metallicas: De Templis &c.*

ANNO 1690.

19. Januar. JOHANNES GEZELIUS, *suecus*, Wesmannus, Græcæ Linguæ primùm, deinde & Theol. Professor in Academia Livonorum Dorpatensi, pòst Theol. Doctor, & per Livoniam Superintendens, demum XXVI. annos Episcopus Aboensis, Academiæ Pro-Cancellarius & Consistorii Præses. Publicæ luci dedit *Aurea dicta Pythagoræ & Phocylidis, cum versione nova & analysi: Grammaticam Græcam: Epitomen Grammaticæ Hebrææ Mart. Trossii: Versionem Græcam Januæ Linguarum Comenii: Lexicon Græcum: Homilias in textus Pœnitentiales: Grammaticam Germanicam: Ciceronis orationes selectas cum earum dispositione rethorica: Vademecum, seu* me-

memoriale Biblicum: Sulpitium severum cum notis: Erasmum de civilitate morum, linguis IV. *Latinâ, Suecicâ, Germanicâ, Finnonicâ: Historiam Augustanæ Confessionis, librum Concordiæ, Articulos Smalkaldicos junctim: Encyclopædiam Synopticam: Evangelia Dominicalia & Festivalia Græco-Latina, cum analysi Grammaticæ utriusq; Linguæ: Dispp. varias Græcô idiomate: Dispp. de variis in Theologia quæstionibus: De Peccato,* quæ est ejus inauguralis: *De Sacra Scriptura, de Deo, de Creatione & Providentia divina: De Anglis: De primo Homine: De Peccato: De Libero Arbitrio: De Prædestinatione: De Lege & Evangelio:* Suecicè *Appendicem ad Catechismum Lutheri: Commonitiones varias ad Ecclesias Diœcesis Aboënsis: Conciones funebres ex Rom. XIV, 7. 8: ex Hiob XIV, 14: ex Psalm. CXVI, 7. 8: ex Apoc. XXI, 7: ex Psalmo XXV, 15: ex Esaiæ LXI, 10. &c.* Recudi insuper, in juventutis usus, haud pauca fecit. Sub manu fuit *Lexicon Pentaglotton, in quo vocabulis Latinis respondent Græca, Suecica, Germanica, Finnonica: Didactica Sacra, in qua ex quibuslicet vocabulis totius Codicis Sacri, præcipuè nominibus tam propriis, quàm appellativis, item aliis Ecclesiasticis breviter explicatis, usus monstratur vel didacticus, vel adhortatorius, vel dehortatorius, vel refutatorius, vel consolatorius, vel etiam plures simul: Versio Biblica, cum versione suecica & notulis.*

22. Januar. AUGUSTINUS HENRICUS FASCHIUS, *Germanus,* Arnstadiensis, Medicinæ Doctor, in Academia Jenensi Chirurgiæ Botan. & Anatomices Professor, Archiater Saxo-Jenensis, æt. 51. Obiit eô, quô Virginis suspensæ corpus secare voluit, die. Extant sub ejus præsidio habitæ Dispp. e. g. *de Ægroto arthritico-nephrytico: De Myrrha: De curatione calculorum humanorum: De Medicina prosthenetica: De Abortu: De Castoreo: De Respirationis læsionibus hypochondriaco-scorbuticis: De Latice: De ægra febre hectica laborante: De sterilitate: De suffocatione uterina: De morbo Hungarico: De* αὐτοχειρία*: De Vesicatoriis: De muliere melancholia hypochondriaca laborante: De cholera humida: De parturientibus: De amore insano: De* ἀνορεξία *sive fame abolita: De arthritide vaga scorbutica: De asthmate: De Diarrhœa: De doloribus post partum: De dyssenteria: De dyssenteria epidemica: De Epilepsia: De Mola: De Oedemate: De Ovario mulierum: De Peste: De Phthisi: De Rhachitide:* Ἄνθραξ *Pestilens: De Intemperie corporis humani: De Calculo: De suffocatione hysteriaca: De cancro occulto &c.*

29. Januar. BARTHOLUS BARTHOLINUS, *Danus,* Hafniensis, Phil. Magister, Eloq. Professor in Academia patria, Antiquarius Regius, & Collegii Consistorialis Assessor, æt. 76. prof. 45. Scripsit *de Latini Sermonis puritate: Orationem in obitum Christiani IV. Regis Daniæ: De Philologiæ studio Theologis, JCtis, Medicis, Philosophis*

phis & Oratoribus necessario : Commentarium de Pœnula : Suetonii loca nonnulla in C. Julii Cæsaris vita, brevi commentario explicata.

3. Mart. JOHANNES SCHMIDT, *Prussus*, Gedanensis, Med. Doctor, inqve patria Protophysicus, æt. 66. Hic, si non primus, certè inter primos, experimenta Transfusionis Medicamentorum in vasa Ægrorum cum felici successu in Nosocomio publico instituit. Confecit unà cum Jo. Ernesto Scheflero, Med. Doctore ; *Dispensatorium Officinarum Pharmaceuticarum Gedanensium.* Edidit *Disp. Inauguralem, sub titulo ; Stadium Medicum Monspeliense : Observationes in Actis Philosophicis Anglicanis : Observat. in Ephemeridibus Acad. Naturæ Curios. Germ. e.g. de Aphonia subitanea : De Hernia exulcerata : De Lacte ex vena secta in viro : De erosione intestini ab urina restagnante intra pudendum puellæ P. N. conformatum : De terrore gravidæ fetui exitioso : De excrescentia carnea in fætu ex terrore matris contracta : De præmatura mensium eruptione : De ossiculis à phthisico tussi rejectis : De largo & perpetuo glandularum sub axillis madore : De urina actu frigida : De monstro fœminei sexus : De oblivione lectionis ex apoplexia, salvâ scriptione : De Dysuria cum penis contractione : De Vermibus cum urina excretis : De alvi excrementis per genitalia ejectis : De Manibus Sulphur olentibus : De Ischuria ex distensione emulgentium ; De Purgatione ex imaginatione : De cancri cura palliativa : De deglutitione diversimode læsa : De monstro vitulino : De morte repentina à vulnere oculo inflicto : De variolis post 17. diem demum suppuratis : De variolis verminantibus : De lacte recens natæ puellæ : De urina nigra nil funestè indicante : De olei Succini nimis largiter hausti noxa : De infarctu sabuloso urethræ lethali : De Talpa vomitu rejecta : De polypo curato : De caruncularum gallicarum in urethra curatione : De Ileî curatione : De* ἀναφροδισία *solutæ matrimonii causa : De tumore lienis, partu soluto : De exanimata ad sensum in vitam revocata : De vomica à transspiratione subitò prohibita : De falsa imaginatione melancholiæ : De passione hysterica conjugio curata : De hydrophobia annis XX. occultata : De podagra contagiosa : De miro phthiseos contagio : De vano metu melancholici : De singulari antipathia : De venæ sectionis commodo in gravidis : De fraude medica salutari : De verme capitis : De mira vocis interceptione : De colici doloris vehementia stuporem cuti inducente : De pertinaci alvî constipatione : De anorexia mirabili : De calculis asperæ arteriæ causâ tussis molestæ : De euporisto in nimio sanguinis fluxu : De noxa venæ sectionis in raucedine : De affectu hysterico curato : De singulari continentiæ exemplo : De cuspide phlebotomi inopinatò perdita : De pulsus utriusq; carpi diversitate.*

JUSTUS CELLARIUS, *Germanus*, Helmstadiensis, primum in Academia

Julia Physices, deinde Theol. Professor, hujusqve Doctor, Pastor ibidem & Superintendens Generalis, demum Prot-Ecclesiastes Guelpherbytanus, Consiliarius Ecclesiasticus & Abbas Riddershusanus. Vulgavit *Orationem de ratione liberè philosophandi in pervestigandis cumprimis rebus naturalibus: Panegyricum* Natali *primo secundi seculi Academici dictum: Panegyricum de expugnatione* Stadensis Civitatis: *Dispp. de viventibus spontè nascentibus: De penetrabili efficacia effluviorum: De antiqvo funerum ritu: De natura panis: De confessione peccatorum auriculari: Concionem inauguralem, cùm ex Acad. Julia ad Aulam Guelphicam evocaretur, ex Act. XX. 32. habitam: Conciones funebres, ex Jacobi IV. 14: ex Psal. LXXIII. 23. 24: ex Jerem. X, 23. 24. &c.*

17. April. CASPARUS ZIEGLERUS, *Germanus*, Lipsiensis, J. U. Doctor, in Academia Lipsiensi Antecessor & Senior, Electoris Sax. in supremo Appellationum judicio Consiliarius, Synedrii Ecclesiastici & Scabinatus Assessor, æt. 70. prof. 33. Publico evulgavit commodo *Notas & animadversiones in Hugonem Grotium de jure belli ac pacis: Tractatum de dote Ecclesiæ: σιδηρόξηλον Ecclesiasticum, sive Episcopum militem in veteri Ecclesia invisum: Dicasticen, sive de judicum officio & delictis: Regicidium Anglorum: Tractatum de juribus Majestatis: Rabulisticam, sive de Artibus rabulariis dissertationem: Kalendas Januarias: De Episcopis, eorumq; juribus, privilegiis & vivendi ratione commentarium: Dissert. de Baptismo non iterando: De jure Fortalitiorum: Jus Canonicum, sive Comment. ad Lanceloti Institutiones canonicas: De Diaconis & Diaconissis: De Clerico renitente: Superintendentem ad normam Constitutionum Ecclesiasticarum in Electoratu Saxoniæ descriptum: Dispp. de Epochis: De Ingenio: De Solis & Lunæ defectibus, ad cap. XXVIII. lib. II. Noct. Atticarum A. Gellii: De rebus pro derelicto habitis: De jure clavium: De jure commerciorum: De Foro privilegiato: De jure Monetæ: De jure Mercatorum: De Mohatra, contractu: De Ratihabitione, ejusq; effectu juris: De singulari Electoris Saxoniæ eminentia: De Testamentis: De jure Vectigalium: De Commodato: De Constitutione Syndici: De Deposito: De eo, qvod justum est circa mortem: De juribus fluminum, publ. fontium & pontonum: De jure collectandi: De jure dispensandi: De juribus Judæorum: De jure exigendi collectas ad elocationem Filiarum illustrium: De jure viarum publicarum: De Mutuo: De Obligationibus in genere: De Pignoribus & hypothetis: De Præscriptione Feudali: De privilegiis militum: De Renovatione investituræ feudalis: De Testamento tempore pestis privilegiato: De Tigno juncto: De Tonsura clericorum: De Visitationis Ecclesiasticæ & procurationis jure: De Pœnis commissi: De Conditionibus: De officio Prætorum: De jure interpretandi leges, dispensandi, aggra-*

aggra-

aggratiandi, restituendi, legitimandi, veniam ætatis concedendi & dandi privilegia: De affectu Magistratus: De jure revocandi, qvod agnatis, & jure retrahendi, qvod filiis cum agnatis competit: De jure successorum & heredum: De præsidiis censiticis ruralibus: De pubertati proximis eorumq́ juribus: De jure erigendi Academias, creandi Doctores &c. De jure habendi Comitia & mittendi Legatos: De Procuratoribus: Eclogarum juridicarum lancem Saturam: Eclogas forenses XVII: De Possessione: De jure Majestatis &c. Germânicè *Libellum de conficiendo carmine, qvod Magdrigal vocatur.*

15. Maij *EVERHARDUS GUERNERUS HAPPELIUS, Germanus,* Marpurgensis Hassus, Philos. & Polyhistor, æt. 42. Hamburgi. Inter libros ejus eminent *Thesaurus Exoticorum: Nuncius Status civilis & bellici apud Turcas: Chronica enucleata ab anno 1618. ad an. 1690. tomis duobus: Relationes curiosæ, tomis qvinqve: Fortuna Britannica de Regibus Angliæ & infelici domo Stuartium: Valerius Maximus in linguam Germanicam versus: Mundus mirabilis, sive nucleus Cosmographiæ, tomis tribus: Tarnollast Africanus, sive narratio de Principe qvodam Mauritano, & Principissa Portugallica: Toroan Europæus, sive descriptio omnium Regnorum & provinciarum in Europa: Spinellus Italicus, sive res gestæ in Europa, anno 1685: Qvintana Hispanus, historia an. 1686: Cormantin Gallicus, sive Historia anni 1687: Bajazet Ottomannicus, seu historia anni 1688: Historia Hungarica, de bellis ab anno 1683. ad 1688. in Hungaria gestis, tomis qvinqve: Illustrissimorum Principum Historia bellica, sive rerum proximè elapsis annis gestarum expositio: Historia Academica, de vita Studiosorum &c.* Sub prelo Vlmæ sudare dicitur *Historia Carolina ad annum 1689:* Typum præstolatur *Historia Europæ moderna,* opus absolutum, partibus constans duabus.

Maij. *MARGARETA SIBYLLA EINSIDELIA, Germana,* Conradi Löseri, Electoris Saxoniæ Consiliarii Camer. & Mareschalli, Vidua, Fœmina generosissima, Minerva Misnica, ob variarum linguarum, Theologiæ, Jurisprudentiæ & Medicinæ cognitionem, orbi innotuit. Fertur in publicum emisisse *Meditationes sacras,* sub titulo *Politicæ Christianæ.*

30. Maji. *CHRISTIANUS TEUBER, Germanus,* Cobelinus, in finibus Silesiæ, Philos. Magister, primum per XX. annos Pastor & Inspector Ruppinensis, deinde per IV. menses duntaxat Præpositus Berlinensis, æt. 52. Paulò ante obitum emisit *Libellum precatorium,* qvem in sui memoriam Amicis consecravit.

11. Jun. *ERICUS LINDEMANN, Suecus,* Ostro-Gothus, Secretarius primum Regius & Nobilis, dictus LINDSCHILD, deinde Cancellariæ Regiæ Consiliarius, pòst Cancellarius Aulicus, demum, Comes & Consiliarius intimus, Serenissimi

Principis Hereditarii CAROLI XII. Gubernator, nec non Academiæ Londinensis in Scania Cancellarius, æt. 58. Summi ingenii sui monumenta juvenis adhuc prodire fecit, edendo in lucem *Consiliarium ex Q. Curtii Rufi verbis lib. VIII. c. XII. 16: Orationem funebrem, in obitu Caroli Gustavi, Regis Sueciæ habitam: Libellum sine nomine, cujus titulus: Pax in Imperio turbata, qvies civibus excussa & Palatino vis ac injuria facta, per occasionem litis inter Palatinum atqve Moguntinum de VVildfangiatu: Offam latranti,* libellum sine nomine, *oppositum scripto Bœcleriano, à qvo pro causa Moguntina pugnante fuerat lacessitus: Offa post offam: Fustem,* similes libellos: *Geminium magnum, seu argumentum Saltationis Regiæ, habitæ in die natali XVIII. Regis* CAROLI: *Inscriptiones Sepulcrales: Carmina varia, eademq; prorsus egregia.* Auctor qvoqve esse dicitur libri alicupusSuecici, cui titulus: *Barna-Bibel, sive Biblia pro pueris sive rudioribus.*

12. Jun. JOH. LUDOVICUS PRASCHIUS, *Germanus,* Ratisbonensis, Reip. patriæ Consul, Ærarii publici Director, Consistorii Præses, Proto-Scholarcha, & ad Comitia Imperii Deputatus, æt. 53. Concinnavit Vir sublimis ingenii *Comœdiam, sub titulo Amici: Tulliam, Tragœdiam: Eclogas octo: In Lusciniam, pro cuculo, ad asinum judicem, orationem: Rosetum, seu præcepta stili Latini: Cosmolytrosin, sive historiam mundi, libris duobus: Dissertationem de jure majoris partis: Librum de Charitate patriæ: Epistolam apologeticam, ad Joh. Philippum Schefferum, de unitate Reip. in S. Romano Imperio: Assertionem Reipublicæ Achaicæ, ejusdemque cum Germanica comparatione: Charites in Joh. Ottonem & Tobiam Ott. Tabores, JCtos: Physen Creticam: Differt. de origine Germanica Latinæ linguæ: Organon Latinæ linguæ:* Germanicè *Delineationem Societatis Germanicæ, de mysteriis linguæ Teutonicæ & Politicæ: Poëmata varia, Latina & Germanica.* Promisit quoque *Onomasticum Latino-Germanicum.*

JO. LUDOVICI PRASCHII
Cantio Cygnea,

Quam fidei, spei, & in Deum ac Patriam Charitatis Suæ testem beatæ ἀναλύσει suæ præcinuit Ipse.

Valete Amici. Jam satur omnium
Excedo terris: Jam super æthera
Libro solutæ mentis alas,
Aliferâ comitante turmâ:

Jam spe relictâ civibus, & fide,
Capesso Amoris limina gemmea.
Ac vinculo jungor perenni
Ex adamante choris beatis.
Quin & stupenti sidereum licet
Regem osculando tangere. Consulem
Hic laureatis me benignus
Fascibus æthereum salutat.
Efferte corpus, ceu decet, ô mei;
Et sic onustum pulvere linquite,
Ut & tenaci mente vivum
In patriam referatis Vrbem.

24. Jun. JACOBUS REICH, *Prussus*, Regiomontanus, Philos. Magister, Eloquentiæ in Academia patria Professor, & tum Rector Magnificus, æt. 56. Edidit *Dispp. de naturali Rerumpublicarum in orbe redeuntium conversione Polybiana: De Diplomatibus & Tractoriis, vulgo* Post- und Kost-Zetteln / *ex Plinii epist. 14. 54. & 121 lib. X: De Coronatione Regia: De formando ad mentem Hermogenis: Panegyricum de Domus Brandenburg. fœcunditate, in Friderici Wilhelmi, Elect. Brand. & Caroli Æmilii Electoratus Heredis, natalem:* Germanicè *Comœdiam de Nestore, in natalem Frid. Wilhelmi, Elect. Brandenburgici: Sermones de morte Animæ, ex Job. VIII, 21: De septem januis magnæ Vrbis Hierosolymæ, ex Apoc. XXI, 10. 12. 13: De Resurrectione animæ in peccatis mortuæ, ex Ephes. V, 14: De lacrumis Petri, ex Matth. XXVI, 69. sqq. De cœlesti solatio Filiorum Dei, ex Psalm. CXVIII, 82. 83: De cœlesti Janitore, Spiritu Sancto, ex Joh. X, 3. 4: De laudibus Joh. Schimmelfennigii:* Ductu ejus ac moderatione prodierunt *Orationes Latino-Germanicæ, de salutatione solis mystici, Christi, Hominis: In Friderici, Marchionis Brandenb. Filium primogenitum: In obitum Friderici Augusti, March. Brandenburg. & plures alias, in primis funebres.*

HENRICUS FRISE, *Prussus*, Regiomontanus, Med. Doctor, ejusdemq; in Academia patria Professor primarius, nec non Electoris Brandenburgici, Archiater & Consiliarius. Sub ejus præsidio habitæ sunt *Dispp. de Herba Thee in Arthritide: De Febribus: De Lapide Bezoar &c.*

KILIANUS RUDRAUFIUS, Germanus, Schottensis Hassus, Philos. Magister, in Academia Giessensi primùm Ethices, Logices & Metaphys. Professor, deinde Theol. Doctor hujusq; ibidem Prof. Ecclesiastes & Stipendiatorum Ephorus. Juris fecit publici *Institutiones morales Christiano-Peripateticas: Collegii Philotheosophici volumen primum & secundum: Discursum de Neotericis controversiis ad librum primum Logices relatis: Trigam dissertationum de Potentia, Scientia & Voluntate Dei: Archontologiam, vel doctrinam de S. Scriptura, ut principio fidei reali, unico & infallibili: Quadrigam Dissertationum Academ. de permissione divina circa peccata, de propagatione Animæ humanæ, de adessentia Dei extramundana &c. Quaternionem dissertationum Philosophicarum Scholasticarum: Philosophiam Theologicam, sive Agar Saræ exemplaris: Theologiæ Polemicæ Syllogen: Theologiam naturalem: Protheoriam Theol. generalem, de Theologia in genere, & specialem de Religione, Symbolis Oecumenicis &c.* Germanicè *Ecclesiastem domesticum & scholasticum, super Evangelia Dominicalia & festivalia: Concionem sacram de Cometa anni* 1681. & si quæ sint alia.

THEODORUS RYCKIUS, *Belga*, J. U. Doctor, in Academia Lugduno-Batava Historiarum & Eloqventiæ Professor. Edidit *Lucæ Holstenii Notas & Castigationes posthumas in Stephani Byzantii ἐθνικὰ sive de Urbibus: Dissertationem de primis Italiæ Colonis & Æneæ adventu: Orationem de Gigantibus: C. Cornelii Taciti opera, ex recensione & cum animadversionibus ejus &c.* Ryckium quoq; *Servio* manus admoturum, Nicolaus Heinsius in literis ad Daumium retulit.

APPEN-

APPENDIX II.
AD
DIARIUM BIOGRAPHICUM.

Obiit *ANNO 1600.*

30. Januar. *GEORGIUS LIEBLERUS*, *Germanus*, Vid. Append. Tomi primi, & adde; Pastor primùm Derendingensis, deinde ob Interim ab officio remotus Tubingæ domus Stipendiariorum Ephorus, demum ibidem Phys. & Rhet. Professor, æt. 76. Edidit quoque *Margaritam Physicam: Orationem de vero Gaudio. Dispp. Philos. varias.*

26. Febr. *ANGELUS MATTHÆACIUS*, *Italus*, Marosticensis, Eques, Comes Palatinus, Philosophus & Astrologus, in Lyceo Patavino Juris Professor primarius, ac Venetiis causarum Actor &c. Præter ea, quæ in Appendice Tomi primi recensentur, in lucem quoque prodire fecit *Apologiam adversus Bonifacium Rogerium: Librum de partu octimestri, adversus vulgatam opinionem.*

ANNO 1601.

22. Novemb. *SEBASTIANUS GERSTMANNUS*, *Germanus*, Silesius, I. U. Doctor, Rudolphi II. Imperatoris & Electorum Brandenburgicorum, multorum itidem Comitum Baronumq; Consiliarius, Academiæ Viadrinæ Professor & Ordinarius. Reliquit *Dispp. aliquot juridicas*, & fortasis nonnulla Scripta alia.

Obiit *ANNO 1602.*

4. Febr. *DAVID PEIFERUS*, *Germanus*, Lipsiensis, Phil. & I. U. Doctor, Consiliarius primùm Megapolitanus, deinde Electoris Sax. Augusti, sæpe Legatus, æt. 73. Nuper prodiit ejus *Lipsia, sive originum Lipsiensium libri IV: Carmina extant in tomo V. deliciarum Germanicarum.*

NB. Quæ ad An. 1603. *de COQUILLE*, *Gallo*, & ad An. 1605. *de THIARDÆO*, itidem *Gallo*, in appendice priori leguntur, deleri debent.

ANNO 1608.

29. Mart. *ERHARDUS SPERBER*, *Germanus*, Segebergensis Thuringus, primùm Pastor Quedenensis, deinceps Diaconus Regiomonti Löbnicensis, denique Pastor Wetovianus, æt. 79. Conscripsit *Apologiam contra Vitum Neuberum.*

19. Augusti WERNERUS HELMICHIUS, *Belga*, Ultrajectinus &c. Vid. Append. tomi I. Formavit qvoqve Belgicè *Gladium Goliathi: Classem Dordracenam, adversus Oliverium Hattenum, apostatam &c.* A Voëtio lumen Ecclesiarum Belgicarum vocatur in Biblioth. Theol. p. 572.

9. Octob. JEREMIAS SETSERUS, *Germanus*, Suidnicensis Silesius, Phil. & J. U. Doctor, in Academia Francofurtana Professor, nec non judicii Provincialis per Lusatiam inferiorem Assessor regius, Baronum Bibersteinianorum Consiliarius, æt. 48. Emisit *Tractatum de juramentis: De Consiliis & Consiliariis: Dispp. XXXVII. ad Institutiones juris: Expositionem capitis IV. Aureæ Bullæ de Successione in Tutela Electorali: Dispp. de familiaritate & amicitia: De incrementis Academiarum: De officio Legatorum &c.*

PETRUS JONÆ, *Suecus*, Theol. Professor Upsaliensis, pòst Episcopus Stregnensis. Congessit *Apologiam in satisfactionem negatæ Liturgiæ, nomine totius cleri in Diœcesi Stregnensi: Apologiam pro innocentia sua & totius cleri, à Rege Johanne condemnatorum perjurii qvod Liturgiam nollent amplecti: Conciones sacras duas.*

NB. Qvæ ad An. 1611. de ERICO ERICI, Sueco, & ad An. 1636. de PETRO LASENA leguntur in appendice I. alibi jam relata sunt.

ANNO 1612.

5. Januar. PAULUS WEISSIUS, *Germanus*, Strelensis Silesius, Theol. Doctor, primum Phil. deinde Theol. in Academia Regiomont. Professor, nec non Electoris Brandenburgici Concionator Aulicus, tandem emeritus. Vulgavit *Concionem in nuptiis Joh. Sigismundi, Marchionis Brandenb. cum Anna, Ducissa Prussiæ: Dispp. Theol.* & fortasſis qvædam alia.

29. Jul. CANUTUS BESCHIUS, *Danus*, Fionensis, Cartamundanus, Phil. Magister, Rector Scholæ Othenienſis, postea Græcæ Linguæ Professor Hafniensis, æt. 37. Consignavit *Parentationem in obitum Johannis Langii &c.*

ANNO 1613.

4. Octob. ANDREAS POUCHENIUS, *Germanus*, Theol. Doctor, inq; Academia Regiomontana Professor primarius, Ædis ibidem Cathedralis Pastor & Consistorii Sambiensis Assessor, æt. 61. Reliqvit *Disputationes Theologicas: Conciones* & alia.

ANNO 1618.

6. Mart. HENNINGUS TEGETMEIER, *Germanus*, Brunſvicensis, Phil. Magister, primò Scholæ Berolinensis Collaborator, postea linguarum &

& artium in Pædagogio Göttingensi Professor, porro Pastor ibidem Jacobæus, tandem Johannitanus & Superintendens ibidem Generalis. Effecit *Analysin Logicam & typicam Psalterii Davidis atqve Prophetarum minorum.*

ANNO 1624.

8. Octob. *JOANNES TSCHANDICK, Germanus*, Weixelburgô-Carniolus, S. J. Humaniorum literarum Lector & Concionator Lubeanus. Transtulit in linguam patriam *Catechismum Petri Canisii.*

ANNO 1626.

25. Septemb. *THEOPHILUS VIAUD, Gallus*, Poëta, de qvo Franciscus Garassus, S. J. ita scribit: Theophilus Viaud, Libertinorum ævi nostri & Atheorum clancula riorum signifer, omnium turpitudinum reus factus est: &, qvod est negationis DEI vestibulum, de negata animæ immortalitate est insimulatus. Cui maculæ abstergendæ, *Librum* conscripsit *de Animæ immortalitate*; sed adeò enervem, ut videatur persuadere voluisse, revera animam rationalem esse mortalem. Opus item *Parnassus Satyricus*, supra qvasvis Apuleji, Luciani, Romantii à Rosa, ac similium scriptorum, camarinas graveolentissimum, & ad juvenilis pudoris cladem ac totius honesti exterminium, in Diaboli incude fabrefactum, hujus putentissimi ingenii fœtus est &c.

ANNO 1634.

DAVID VERBEZIUS, Germanus, Carnô-Lubeanus, Phil. & Med. Doctor, Physicus Ulmensis ordinarius. Publici juris fecit *Disqvisitionem Jatrochymicam de Calchantho*: *Tractatum de Peste*: *Tractatum, cui titulus; Homo non Homo, sive monstrum Tubingense dissectum & evisceratum*: *Libros duos de Logica*: *Opuscula & dispp. varias.*

ANNO 1638.

JOH. BAPTISTA HEBENSTREIT, Germanus, Phil. Magister, Poëta Laur. Cæsareus, Gymnasii Ulmensis Rector, Histor. & Poës. Professor. Ab eo habetur *Daniel Scholicotheoneiro-crites, Drama novum, de Regio Monarcha, Babylonico Collegio, somnio Danielis* θεοπέμπτῳ: *Hypomnemata Philologica*: *Diatribæ duæ de scriptione Dramatica*: *Panigyricus Conradino, Conradi Filio, Dieterico, juveni dictus*: *Dissert. de Cabbala Log. Arithmo-Geometro-Mantica spargi ruper cepta &c.*

ANNO 1642.

8. Octob. PETRUS STÖRGLERUS, *Germanus*, Lithopolitanus, Carniolus, S. J. Humaniorum literarum Lector, æt. 47. soc. 24. Edidit, tacitô nomine, *Asma poëticum Litaniarum Lauretanarum.*

ANNO 1645.

23. Januar. ANDREAS ZERGOLL, *Germanus*, Carniolus, S. J. Literarum humaniorum & Philos. Græcii; item S. Scripturæ, Mathes. & Theol. Moralis tum Græcii, tum Viennæ Professor, demum Middestadii Rector, æt. 50. soc. 34. Confecit *Theoremata chronologica de anno ortûs & mortis Domini nostri JEsu Christi.*

ANNO 1646.

1. Septemb. LAURENTIUS SENGENSCHMIDT, *Germanus*, Carniolus, Labacensis, Jesuita, Poës. Rhetor. Philos. & Theol. Viennæ & Græcii Professor, æt. 47. Scripsit *Orationem in exeqviis Cardinalis Kleselii, Episcopi Viennensis: Orat. in Parasceve.*

ANNO 1650.

11. Junii FRIDERICUS STIMERUS, *Prussus*, Bartensteinensis, Phil. Magister, Pastor primum Welowiensis, deinde Regiomonti per XX. annos Löbnicensis, æt. 68. Vulgavit *Relationem de Ancilla qvadam Regiomontana, Barbara, Prophetissa: Homiliam de novo suggestu habitam.*

3. Octob. LEONHARDUS BAGEUS, *Dalmata*, Istrianus, Pisinensis, S. J. Philos. & Theol. Moralis Profess. Viennensis, tum Collegiorum Fluminensis & Zagrabiensis Rector, æt. 57. Soc. 40. Ab eo est *Manuale Sodalitatis immaculatæ conceptionis B. Virginis Mariæ.*

ANNO 1652.

MICHAEL HERMANNUS, *Germanus*, Carniolus, Rudolph-VVerdensis, Jesuita, Humaniorum Lector, Convictus Viennensis Regens, postea Rector Labacensis. Vulgavit *Exercitationes Pietatis: Officia S. Barbaræ, Ignatii, Xaverii, Aloysii & Stanislai Kostkæ.*

ANNO 1654.

25. Decemb. ANTONIUS MATTHÆUS, junior, J. U. Doctor, Institutionum & Pandectarum in Academia Ultrajectina Professor. Publici juris fecit *Dispp. XVII. de judiciis: Libros duos de Auctionibus: Observationes rerum judicatarum à supremo Ultrajecti Revisionis Consessu: Commentarios de* Cri-

Criminibus in XLVII. & XLVIII. Tit. Pandectarum : Orationes : Dispp. de Successionibus, Matrimoniis & Tutelis : Dispp. de Obligationibus, Criminibus &c. Dissert. de Toga: Orat. de Annulo : Orat. pro L. Constant. de Adulterio. & forsan qvædam alia.

ANNO 1658.

13. Decemb. *TOBIAS DORNKRELLIUS AB EBERHERTZ, Germanus*, Ulissæanus &c. Vid. Append. tomi primi & adde; primum in patria, deinde Luneburgi Ecclesiastes, æt. 61. Exaravit qvoq; *Vitam Apostoli Pauli: Harmoniam Evangelistarum.*

ANNO 1667.

24. Jul. *DANIEL BERCKRINGER, Belga*, Liberalium Artium Magister, Phil. Practicæ atq; Eloqventiæ in Academia Ultrajectina Professor. Elucubravit *Institutiones Oeconomicas didactico-problematicas : Exercitationes Ethicas, Oeconomicas, Politicas : Dissert. de Cometis : Dissertationem de Qvaternario Pythagorico &c.*

ANNO 1670.

FRANCISCUS ANNIBAL D'ETREES, *Gallus*, Par & Polemarchus Franciæ, bellicæ artis apprimè, sed non minus politicæ prudens, centenario propemodum æqualis. Auctor esse dicitur libri, qui inscribitur *Memoria Reginæ Mariæ de Medicis.* Multa alia huc usque inedita & publica luce dignissima reliquit.

ANDREAS OTTO, *Germanus*, Colbergâ-Pomeranus, Phil. Magister, primùm Ecclesiæ Rosgardensis Diaconus, deinde Pastor & Archipresbyter Rasteburgensis, hinc in Academia Regiomontana Theol. Professor extraordinarius, & Aulæ Electoralis Brandenburgicæ Ecclesiastes, demum Pastor & Archipresbyter in urbe Prussorum Hollandia. Confecit Latinè *Anthroposcopiam, seu judicium Hominis de Homine, ex lineamentis externis:* Germanicè *Christianoscopiam, sive explicationes Epistolarum Dominicalium & Festivalium : Plantarium spirituale.* Ex Latina in vernaculam transtulit *Erasmi Roterodami enchiridion militis Christiani.*

ANNO 1673.

1. Januarii *HENNINGUS SCHUZIUS, Germanus*, Colbergensis Pomeranus, Philologus & Poëta. Foràs misit *Philothecam Anagrammatum.*

3. Jun. *JEREMIAS BALTHASAR LUDWIGIUS, Germanus*, Erfurtensis, Pastor primùm Trochterfingæ in Suevia, tum in patria Diaconus, demum Ducis Saxoniæ, Er-

nesti Pii, Concionator Aulicus & Consistorii Ducalis Assessor, æt 47. minist. 23. Posteris tradidit *Artem moriendi: Praxin Catechismi: Dispp. de Trinitate: De Prædestinatione: De Peccato &c.*

JACOBUS SCKHERL, *Germanus*, Carniolus, Societatis Jesu, Humaniorum literarum Lector & Concionator Labacensis, demum Sodalitatis Agoniæ Christi Præses. Struxit Germanicè *Hortulum Myrrhæ, de morte Christi in cruce.*

ANNO 1674.

28. Maji FERDINANDUS DE MONTAGNANA, *Germanus*, Carniolus, Labacensis, S. J. Literarum Humaniorum & Theol. Professor, nec non Missionarius, æt. 75. Soc. 57. Prelo submisit *Orationem funebrem in exequiis Ferdinandi II. Imperatoris*: Suppressô nomine suô, *Tractatum de Quadratura Circuli.* Lucem præstolantur *Annales Societatis.*

15. Jul. JOH. BUNTEBART, *Germanus*, Marchio-Brandenburgensis, Præpositus Coloniensis ad Spream & Consistorii Electoralis Assessor, æt. 45. Reliquit typis exscriptas *Conciones aliquot funebres, & inter eas in obitum Gebhardi, L. B. à Waldtburg.* Sub hoc nomine exiverunt quoq; *Vindiciæ de Naturæ Constantia, adversus Hauptmannum*; Num verò hujus sit ingenii fœtus, ignoro.

1. Septemb. SAMUEL MÜLLERUS, *Germanus*, Rappinensis Marchicus, Phil. Magister, Gymnasii Coloniensis ad Spream Rector, æt. 64. Quæ edidit *schediasmata tam ligatâ, quàm solutâ oratione*, aliô die adducam.

6. Novemb. ISBRANDUS DE DIEMERBROECK, *Belga &c.* Vide partem Diarii hujus primam, circa finem hujus anni.

ANNO 1677.

- Septemb. JOACHIMUS ERNESTUS BLESENDORFF, *Germanus*, Supremus Castrorum Electoris Brandenburgici Præfectus & Machinator bellicus, Architectus ingeniosus; Ictu globi in obsidione Stetinensi denatus. Delineavit *Pugnam ad Linum inter Suecos ac Brandenburgicos peractam : Domum Bornheimensem : Urbes Wolgastum, Anclamum, Gryphiswaldiam,* & plurima alia.

26. Octob. CASPARUS MARCHIUS, *Germanus*, Med. Doctor, hujus & Mathem. Professor primùm Rostochiensis, deinde Med. Practicæ in Academia Kiloniensi Prof. demum Electoris Brandenburgici Archiater. Luci exposuit *Orationem panegyricam in introductione Acad. Kiloniensis habitam* ; *Dispp.* suô munitas præ-

sidiô *de Luxatione Ossium in genere: De Melancholia hypochondriaca: De Menocryphia &c.* Germanicè *Tractatum de Cometa an. 1652.*

ANNO 1678.

18. Maji GUILIELMUS MECHOVIUS, *Germanus &c.* Conf. tomi I. appendicem, & inter Scripta ejus apponi possunt; *Antiphila de nativa Latinitate retinenda: Gratulatio ad Georg. Guilielmum, Ducem Brunsv. & Luneb. de Clade insigni Gallorum Kal. Augusti An. 1675.*

JOH. LEBERIUS, *Germanus*, Carniolus, Labacensis, Jesuita, Literarum humaniorum item Viennæ atque Græcii Concionator. Literis mandavit *Panegyricum in exequiis Ducissæ Lotharingiæ, Francisci Nicolai, Ducis Austriæ, Conjugis: Luctum Sodalitatis in funere Adami Michaëlis, Comitis ab Althan &c.*

ANNO 1681.

15. Octob. JOH. LUDOVICUS SCHÖNLEBEN, *Germanus*, Carniolus, Labacensis, Theol. Doctor, Protonotarius Apostolicus, Cathadralis Ecclesiæ in patria Decanus, tum Cæsarei Plebei Reifnicensis Archipresbyter, demum privatus, æt. 63. annô, ut ipse prædixit sæpe, climactericô. Scripta ejus sunt; *Ægis Palladia Daphnophoria, Neo-baccalaureis Græcensibus oblata: Thalassi Coronæ, sive applausus nuptialis: Plectrum Cleantheum Lyræ Apollineæ Conformatum: Conatus nymphæ Hortensis: Tryphyon nymphæ Hortensis: Verna Theosophorum ad meridiantem Sapientiam deambulatio: Parentalia Præpositi Ecclesiæ Cathedralis Viennensis: Mars Austriacus, D. Leopoldus, Austriæ Marchio & Tutelaris, panegyrico laudatus: Lacrumæ piis manibus Joh. Mich. Adami Baptistæ Comitis ab Althan: Corona gemmea: Arbor vitæ S. Crucis fructus: Philosophicum nihil: Campus Liliorum, & panegyricus magnæ Matri oblatus: Inferiæ Austriaco-Academicæ piis manibus Fundatorum & Benefactorum Universitatis Viennensis: Trias Collossea honoris, cum S. R. Imp. Princeps Maximilianus Gandolphus, Episcopali pallio insigniretur: Genealogia Comitum ab Altimis: De officio immaculatæ Conceptionis Deiparæ antiquissimo & devotissimo: Orbis votorum pro definitione piæ Sententiæ de immaculata conceptione B. V. libri aliquot: Examen Synopseos historicæ de Conceptione B. V. quam Marcellus Sydereus Cyriacus elucubravit: Vera ac sincera sententia de eadem conceptione: Palma Virginea, seu victoriæ Marianæ 17. seculorum de adversariis immac. conceptionis B. Virginis: Pyramis Jesu agonizanti erecta in monte Oliveti: Sacra peregrinatio ad S. Christi sepulcrum: Æmona vindicata, sive Labaco metropoli Carniolæ vetus Æmonæ nomen jure assertum; Horæ subcesivæ dominicales, seu*

sermones ad populum pro Dominicis habiti, cum allocutionibus synodalibus & panegyricis: Dissertatio polemica, de prima origine Domus Habspurgo-Austriacæ: Carniolia antiqua & nova, sive annales Ducatus Carnioliæ, à mundo condito, ad annum millesimum Christi, tom. I: Genealogia Comitum de Gallenberg: Genealogia familiæ Romanæ Ursinæ: Geneal. Comitum & Baronum ab Ausperg: Allegoriæ SS. Patrum ordine alphabeticô collectæ: Evangelia & Epistolæ Dominicales ac Festivales totius anni explicatæ, & linguâ vernaculâ editæ. Reliquit etiam MSS. plurima in diversos tomos distributa.

ANNO 1684.

6. Octob. STENO BIELKE, *Suecus*, LIBER BARO de Krakerum, Regni Sueciæ Senator & Generalis per Pomeraniam Gubernator. In Societate Fructifera Germanorum dictus **der hoch-wehrte.** Juvenis emisit *Dissertationes de Academiis: De Legibus: De cura Religionis: Discursum Politicum de jure Regio in impunitate delicti.*

PHILIPPUS TERPIN, *Germanus*, Carniolus, Selzacensis, Theologiæ Baccelaureus, per multos annos Vicarius Generalis Labacensis, prope nonagenarius. Typis subjecit *Constitutiones & Instructiones Synodales Curatorum.*

ANNO 1689.

26. Mart. JOH. ERNESTUS SCHRADERUS, *Germanus*, Helmstadiensis Saxo, Phil. Magister, primò Electoriflæ Brandenburgicæ Concionator Aulicus, deinde ad D. Nicolai Archidiaconus Berlinensis, demum ibidem Præpositus. Formavit *Cælum apertum, de statu vitæ æternæ, ex variis dictis Biblicis: Disp. de Historiæ virtutibus ac vitiis,* & nonnulla alia.

INDEX I.

INDEX I. AUCTORUM,

Qui in tomi prioris indice non apparent, aut per ſphalmata typographica minus rectè indicantur.

Luna

EX-

EXPUNGENDI:

INDEX II. AUCTORUM.

Qui ex Tomo priori emendari, magisq; explicari videbantur.

JACO-

INDEX III. AUCTORUM,

Qvi Tomo huic secundo accesserunt.

Grossius

Hoff-

Mar-

Phi-

INDEX IV. AUCTORUM,

Qvibus in conficiendo Diario Biographico usi sumus.

Anonymi.

Becmanni (Joh. Christophori) Memoranda Francofurtana: *Francof. ad Oderam* 1676. in 4.

Bergmann (Venceslai) Tremenda Mortis hora, das böse Stündlein: *Wittenberg.* 1664. in 8.

Beughen (Cornelii à) La France Sçavante, i. e. Gallia erudita, critica & experimentalis novissima: *Amstelodami* 1683. in 12.

— — Bibliographia Juridica & Politica: *ibid.* 1680. in 12.

— — Bibliographia Medica & Physica: *ibid.* 1681. 12.

— — Bibliographia Mathematica & artificiosa novissima: *ibidem* 1688. in 12.

— — Apparatus ad historiam literariam novissimam: *ibidem* 1689. in 12.

Beyeri (Adriani) Nomenclator Professorum Jenensium: *Jenæ* 1652. in 12.

Boissardi (Jani Jac.) Bibliotheca Chalcographica illustrium Virtute atq; eruditione in tota Europa C L. Virorum: *Francof.* 1650. in 4.

Boldonii (Octavii) Epigraphica seu ratio elogia inscriptionesq; quodvis genus pingendi: *Aug. Per.* 1660. in folio.

Bolduani (Pauli) Bibliotheca Theologica: *Jenæ* 1614 & *Lipsiæ* 1622 in 4.

— — Bibliotheca Historica: *Lipsiæ* 1620. in 4.

Borel (M. C.) la Bibliotheque Françoise: A *Paris* 1667. 12.

Buchneri (Augusti) Dissertationes Academicæ, sivæ Programmata: *Wittenbergæ* 1650. in 8.

— — Orationes panegyricæ & funebres: *Cliviæ* 1668. in 8.

Bucholceri (Abrahami) Index Chronologicus: *Francof.* 1612. in 8.

Catalogus Librorum Bibliothecæ publicæ Amstelodamensis: *Amstelod.* 1668. in 4.

— — Joh. Frid. Gronovii: *Lugduni Batav.* 1673. in 4.

— — Danielis Clasenii: *Helmstadii* 1679. in 4.

— — Danielis Heinsii *Lugd. Bat.* 1655. in 4.

— — Nicolai Heinsii: *ibidem* 1682. in 12.

— — Petri Greiffenfeldii: *Hafniæ* 1679. in 4.

— — Constantini Hugenii: *Hagæ Comitis* 1688. in 4.

— — Michaelis Kirstenii: *Hamburgi* 1679. in 8.

— — Cornelii Lerke: *Hafniæ* 1682. in 4.

— — Jacobi Oiselii: *Lugd. Batav.* 1687. in 12.

— — Petri Scriverii: *Amstelod.* 1663. in 4.

Hil-

Loh-

Omeisii

Spon (Jacob) Histoire de la Ville & de l'Etat de Geneve: *Utrecht* 1685. en 12.

Staravolsci (Simonis) Centum illustrium Poloniæ Scriptorum elogia & vitæ: *Francofurti* 1625. in 4.

— — Laudatio Academiæ Cracoviensis: *Cracoviæ* 1639. in fol.

Stepneri (Salom.) Inscriptiones Lipsienses: *Lipsiæ* 1675. in 4.

Stübneri (Joh.) das alt-berühmte Kloster Heilbrunn / samt dessen Fürsten-Schul: 1690. in 4.

Suevi (Gottfridi) Academia Wittebergensis ab anno fundationis CIↃ IↃ II. ad an. CIↃ IↃ C LV. Accesserunt Inscriptiones: *VVittenb.* 1655. in 4.

Svvertii (Franc.) Monumenta sepulcralia & Inscriptiones: *Antverpiæ* 1613. in 8.

Tackii (Joh.) Academia Gissena restaurata: *Gissæ* 1652. in 4.

Teisserii (Anton.) Catalogus Auctorum, qui Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas &c. scriptis consignârunt: *Coloniæ Allobrogum* 1686. in 4.

— — Les Eloges des Hommes Sçavans tirez de l'Histoire de M. de Thou: *A Geneve* 1683 en 8.

Terseri (Joh. Elai) Sacra Chronologia: *Upsaliæ* 1657. in 8.

Thomasii (Jacobi) Disputat. de Plagio literario: *Lipsiæ* 1673. in 4.

— — Accesiones ad Disp. de Plagio literario: *ibidem* 1679. in 4.

Thuani (Jac. Augusti) Historiarum sui temporis tomi III. *Francofurti* 1628. in fol.

— — Bibliothecæ Catalogus: *Parisiis* 1679. in 8.

Timareten (Phileleutheri) Collectio monumentorum rerumq; maximè insignium Belgii Fœderati: *Amstelod.* 1684. in 8.

Tomasini (Jac. Philippi) Illustrium virorum elogia: *Patavii* 1630. in 4.

— — Parnassus Euganeus, sive Museum CL. Virorum & antiquorum monumentorum simulacris exornatum: *ibidem* 1647. in 4.

Tonjolæ (Joh.) Basilea sepulta, retecta, continuata: *Basileæ* 1661. in 4.

INDEX V. CLARISS. VIRORUM,

Qui ex variis locis funebria in scriptis celebrium mecum communicârunt.

Fabricius (Joh.) Theol. Doctor & Professor Altorphinus.
Fechtius (Joh.) Theol. D. Pastor & Superintendens Durlacensis.
Freund (Matth.) Rector Scholæ Regiomontanus.
Frisichius (Joach.) Proto-Scabinus Thorunensis.
Geierus (Mart.) Th. D. Elect. Saxoniæ Prot-Eccles. Aulicus, Confessionarius & Consiliarius Ecclesiasticus.
Gezelius (Joh.) Th. D. & Prof. Aboensis, nunc Episcopus.
Grævius (Joh. Georg.) Polit. Hist. & Eloq. Prof. Ultrajectinus.
Hallervordius (Joh.) Phil. & Hist. Regiom.
Hankius (Mart.) Phil. Hist. & Eloq. Prof. Uratislaviensis.
Hartknochius (Christoph.) Historiographus & Professor Thorunensis.
Hartnaccius (Daniel) Phil. & Orator nunc Hamburgensis.
Heckelius (Joh. Frid.) Poëta & Philos. Rudolphstadiensis.
Heldius (Joh.) Ecclesiastes Norimbergensis.
Hertzius (Michäel) Prof. Erfurtensis, nunc Pastor Buckoviensis.
Horstius (Joh. Daniel) Med. Doctor Archiater Darmstad. & Professor Giessensis.
Jaschius (Valerius) Th. Licent. Ecclesiastes & Rector Colbergensis.
Imel (Christianus Franc.) S. J. & Prof. Brunsbergensis.
Kirchmaierus (Georg. Casp.) Eloq. Prof. Wittenbergensis.
—— (Sebastianus) Past. & Superintendens Rotenburgo-Tuberanus.
König (Georg. Matth.) Poës. & Græcæ Ling. Prof. Altorphinus.
Kortholdus (Christianus) Th. Doctor, Professor & Pro-Cancellarius Kiloniensis.
Krahe (Christoph.) Past. & Præpositus Haderslebiensis.
Krebsius (Joh. Frid.) Philos. Heilsbronnensis.
Krusike (Paulus Georg.) Poëta Laur. Cæs. & Phil. Hamburgensis.
Lipenius (Martinus) Philos. Lubecensis.
Lochnerus (Jac. Hier.) Prof. Rostochiensis, nunc Theol. Doct. & Superint. Bremensis.
Lokevvitz (Christianus) Prof. Gryphisvvaldensis, nunc Th. Licent. & Eccles. Stralsundensis.
Löscherus (Casp.) Th. D. Professor & Superint. Wittenbergensis.
Maersche (Cornelius à) J. U. Doct. & Advocatus Lugduno-Batavus.
Meelfürerus (Joh.) Th. Licent. Past. & Decanus Schvvabacensis.
Meierus (Gerhardus) Theol. Licent. & Prof. Bremensis.

Nomina Popularium meorum atqve Studiosorum variis in locis peregrinantium pari modô referre, nimis prolixum foret, ut & illorum, qvi Conciones funebres, programmata ac orationes panegyricas ediderunt, indicare, siqvidem supra XX. talium collectaneorum tomos possideo.

Ἐπίμετρον,
sive

RECENSIO PROFESSORUM IN PRÆCIPUIS ACADEMIIS ATQVE GYMNASIIS NUPER VEL HODIE ADHUC DOCENTIUM.

ANNO

I.

1690. IN ACADEMIA ABOENSI.

THEOLOGI Jacobus Flachsenius, Andreas Petræus, Petrus Laurbecchius.

ICTUS Matthias Svvederus.

MEDICUS Elias Til-landz.

PHILOSOPHI Johannes Flachsenius, *Mathematum*, Daniel Achrelius, *Eloqventiæ*, Simon Tålpo, *Metaph. & Logices*, Andreas Wanochius, *Phil. Pract. & Historiarum*, Petrus Hahn, *Physices*, Simon Paulinus, *Ling. Hebr. & Græcæ*, David Lund, *Poëseos.*

Extraordinarii Andreas Haszelovvist, *Theologiæ*, Sueno Steen, *Philosophiæ*, Sueno Dimberg, *Mathem.* qvi tamen ad ordinariam in Acad. Livonorum Dorpatensi professionem capiendam vocatus est.

II.

1690. IN ACADEMIA ALTORFINA.

THEOLOGI Christophorus Sontagius, Joh. Fabricius, Christophorus Wegleiter.

ICTI Georgius Reinhardus Hammer, Henricus Linck, Felix Spitz, Joh. Christophorus Wagenseilerus, qvi simul *Linguas Orientales* profitetur.

MEDICI Mauritius Hoffmannus, Jacobus Pancratius Bruno, Joh. Mauritius Hoffmannus.

PHILOSOPHI Georgius Matthias König, *Academiæ Senior, Græcæ Linguæ & Poëseos*, Joh. Christoph. Sturmius, *Mathematum*, Daniel Guil. Möllerus, *Metaphys. & Historiarum*, Magnus Daniel Omeis, *Ethic. & Eloqventiæ*, Georgius Paulus Rotenbeck, *Polit. & Logices.*

III.

1688. IN ACADEMIA ARGENTORATENSI.

THEOLOGI Sebastianus Schmidius, *Conventus Ecclesiastici Præses*, Isaacus Faustius, Joh. Faustius.

ICTI Johannes Rebhan, *qvi eô annô obiit*, Fridericus Schragius, Ulricus Marbachius.

MEDICI Marcus Mappus, Joh. Valentinus Scheidius, Joh. Böclerus.

PHILOSOPHI Julius Reichelt, *Mathematum*, Johannes Joachimus Zentgravius, *Philos. Practicæ*, Joh. Christophorus Artopæus, *Eloqventiæ*, Joachimus Kühnius, *Linguarum Orientalium*, Bernhardus Wagnerus, *Log. & Metaphysices*.

IV.

1685. IN ACADEMIA BASILIENSI.

THEOLOGI Joh. Rud. Wetstenius *Pater*, Joh. Zvvingerus, Petrus Werenfelsius.

ICTI Lucas Burckhardus, Nicolaus Passavant, Jacobus Burchardus, Sebastianus Feschius.

MEDICI Joh. Casp. Bauhinus, Joh. Rod. Burckhardus, Jacobus Rot.

PHILOSOPHI Samuel Burckhardus, *Logices*, Petrus Megerlinus, *Mathem.* Nicolaus Eglingerus, *Physices*, Joh. Jac. Harderus, *Rhetor.* Theod. Zvvingerus, *Eloq.* Joh. Jacobus Buxtorffius, *Hebrææ Linguæ*, Joh. Jac. Hoffmannus, *Histor.* Jacobus Rüdinus, *Phil. Practicæ*, Joh. Rod. Wetsteinius, *Filius, Græcæ Linguæ*, Samuel Werenfelsius, *Logicæ*.

V.

1691. IN ACADEMIA DORPATENSI.

THEOLOGI Joh. Fischerus, *Superint. per Livoniam Generalis & Pro- Cancellarius*, Olaus Moberg, Crispinus Gernfeld.

ICTUS Carolus Lundius.

MEDICUS Laurentius Micrander.

PHILOSOPHI Gustavus Carlholm, *Philos. Moralis*, Olaus Hermelin, *Eloq. & Poës.* Gabriel Skrage, *Ling. Orientalium*, Gabriel Siöberg, *Philos. Theoret.* Schvvante Camin, *Histor.* Sueno Dimberg, *Mathem.*

VI.

1686. IN ACADEMIA ERFURTINA.

THEOLOGI Joh. Jodocus Honold, *Protonotarius Apostolicus*, Joachimus Justus Breithaupt, *Augustanæ Confessioni addictus*.

ICTI

ICTI Dietericus Wilh. Matthiæ, *Consiliarius Moguntinus*, Joh. Hermannus à Sode, *emeritus*, Joh. Henricus Meier, Georg. Henricus Bruckner, *qvi ad Acad. Jenensem jam vocatus est*, Joh. Mich. Schneider, alias Weismantel.

MEDICI Eccardus Leichnerus, Georgius Christoph. Petri ab Hartenfels, *Archiater Moguntinus*, Justus Vesti.

PHILOSOPHI Petrus Juvet, (*Collegii Portæ cœli Decanus, jam Præpositus Northusanus*) *Phys.* Wilh. Arnoldus Dickhausen, *Polit.* Joh. Saurmann, *Ling. Græcæ & Hebr.* Henr. Pape (*Collegiatæ B. M. V. Cantor ac Canonicus Capit.*) *Logic. & Metaph.* Hiob Ludolff, *Mathem. & Hist.* Georg. Andreas Wollenhaupt, *Ethic.* N. Wincop, *Logic.*

VII.

1600. IN ACADEMIA FRANCOFURTANA.

THEOLOGI Joh. Riffelmannus, Joh. Simonis, Philippus Buschius, Joh. Christoph. Becmannus.

ICTI Samuel. Stryckius, *qvi tamen hôc annô ad Academiam VVittenbergensem vocatus abiit*, Marcus Rhode, Thomas Siegfried Ring, Petrus Schultze. *Ex Academia Vltrajectina vocatus est* Henricus Coccejus.

MEDICI Irenæus Vehr, Bernhardus Albinus.

PHILOSOPHI Jo. Christoph. Becmannus, *Polit. & Histor.* Gothofr. Valandus, *Eth. Logices & Metaphys.* Samuel Strimesius, *Physices*, Tido Henr. à Lith, *Eloqventiæ*, Christianus Grünberg, *Mathem.* Andreas Wolfg. Amandermende, *Ling. Orient. & Bibliothecarius Electoralis.*

VIII.

1687. IN ACADEMIA FRANEKERANA.

THEOLOGI Nicolaus Blancardus, Herm. Alexander Röell, Campegius Vitringa, Jo. van der Waeyen, Henricus Philiponeus de Hautecour.

ICTI Cornelius van Eck, Sebast. Schelkens.

MEDICUS Philippus Matthæus, *junior.*

PHILOSOPHI Jo. Schotanus à Sterringa, *Physices*, Jacobus Perizonius, *Histor. & Eloq.* Jacobus Rhenferdius, *Ling. Orient.* Joh. Regius, *Log. & Theol. Naturalis*, Bernh. Fullenius, *Mathem.* Joh. Anton. Tronchinus, *Linguæ Gallicæ.*

IX.

IN ACADEMIA GIESSENSI.

1690.

THEOLOGI Phil. Ludovicus Hannekenius, Kilianus Rudrauffius, *sed hôc annô ad Superos transiit*, Joh. Henricus Majus, Henricus Phasianus.

ICTI Richardus Malcomesius, *Pro-Cancellarius*, Anton. Henricus Möllenbecius, Frid. Nitzschius, Joh. Nicolaus Hertius, Bernh. Ludov. Möllenbeccius.

MEDICI Michaël Heiland, Justus Fridericus Dillenius, Ludov. Christianus Tackius.

PHILOSOPHI Henricus Phasianus, *Hist. & Eloq.* Joh. Henricus Majus, *LL. Orient.* Balthasar Mentzerus, *Mathem.* Bernh. Ludov. Möllenbecius, *Eth. & Polit.* Phil. Casimirus Schlosserus, *Log. & Mataphys.* Mich. Bernhardus Valentini, *Physices.*

X.

IN ACADEMIA GRYPHISWALDENSI.

1689.

THEOLOGI Conradus Tiburtius Rango, Jacobus Hennig, Nicolaus Dassovius.

ICTI Fridericus Gerdesius, Conradus Friedlieb, Petrus Mascau, Alexander Caroe, Jacobus Balthasar.

MEDICI Christoph. Helvvig, Matth. Clemasius.

PHILOSOPHI Jacobus Rosenavv, *Histor. & Mathem.* Christianus Salbach, *Eloqventiæ*, Jacobus Balthasar, *Polit.* Nicolaus Christoph. Remmeling, *Metaphys. & Logic.* *qvem Deus rebus humanis subduxit*, Brandanus Henricus Gebhardi, *Ling. Orient.* Ehren-Gott Daniel Colbergius, *Phil. Moralis.*

XI.

IN ACADEMIA HAFNIENSI.

1690.

THEOLOGI Joh. Baggerus, *Episcopus*, Joh. Wandalinus, Joh. Lassenius, Hector Gottfr. Masius.

ICTUS Cosmus Bornemannus.

MEDICI Wilhelmus Wormius, Olaus Borrichius, Casp. Bartholinus, Oligerus Jacobæus, Erasmus Bartholinus.

PHILOSOPHI Paulus Vindingius, *Græcæ Linguæ*, Joh. Mulenius, *Ethices*, Thomas Bartholinus, *Polit. & Hist.* Matthæus Jacobæus, *Hist. & Geogr.*

Casp.

Casp. Bartholinus, *Physices*, Olaus Römer, *Mathem.* Joh. (Jacobi Filius) Bircherodius, *Ling. Hebreæ*, Joh. (Jani F.) Bircherodius *Log. & Metaphys.*

XII.

1687. IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI.

THEOLOGI Joh. Ludov. Fabritius, Joh. Frid. Miegius.

ICTI Joh. Wolfg. Textor, Henricus Coccejus, Joh. de Spina.

MEDICI Georgius Francus, Joh. Matthias Lucas, *Elect. Palatini Consiliarius & Archiater*, Joh. Conr. Brunnerus.

PHILOSOPHI Joh. à Leuneschilus, *Phys. & Mathem.* Stephanus Gerlachius, *Antiqvit. Ecclesiastic.* Joh. Laur. Crollius, *Phil. Moralis & Græcæ Linguæ*, Henricus Güntherus Thulemarius, *Histor. & Eloqventiæ.*

XIII.

1690. IN ACADEMIA HELMSTADIENSI.

THEOLOGI Fridericus Vlricus Calixtus, *Abbas*, Gebhardus Theodorus Meier, Paulus Heigel, Joh. Eberhard Busmannus.

ICTI Georgius Engelbrecht, Joh. Henricus Bötticher, Joh. Gothard von Boeckeln, Joh. Eisenhart.

MEDICI Henricus Meibomius, Güntherus Christoph. Schelhammerus, *qvi in Acad. Jenensem vocatus est*, Frid. Schraderus, Joh. Andr. Stiffer.

PHILOSOPHI Paulus Heigel, *Mathem.* Melchior Smidius, *Græcæ Linguæ*, Jo. Eberh. Busmannus, *Ling. Orient.* Henricus Wideburgius, *Logices*, Joh. Bartholdus Niemeierus, *Metaphys.* Henricus Meibomius, *Histor.* Christoph. Tobias Wideburgius, *Mathem.* Frid. Schrader, *Physices*, Casp. Cörberus, *Eloq.* Joh. Werlhofius, *Polit.*

XIV.

1690. IN ACADEMIA JENENSI.

THEOLOGI Frid. Bechmannus, Joh. Guil. Baier, Valent. Velthem, Phil. Müllerus.

ICTI Nicolaus Christoph. Lincker, Christianus Wildvogel, Petrus Müller, Joh. Philippus Slevogtius, Georg. Henr. Brückner.

MEDICI Rudolfus Wilh. Crausius, Georg. Wolffg. Wedelius, Günth. Christoph. Schelhammerus.

PHILOSOPHI Erhardus Weigelius, *Mathem.* Casp. Posnerus, *Physices,* Carolus Caffa, *Ling. Italicæ & Gallicæ,* Casp. Sagittarius, *Histor.* Georg. Schubartus, *Eloq. & Poëseos,* Joh. Phil. Slevogtius, *Moralium,* Joh. Andr. Schmidt, *Log. & Metaphys.* Joh. Paulus Hebenstreit, *Moralium,* Joh. Andreas Danz, *Ling. Orientalium.*

XV.

1690. IN ACADEMIA KILONIENSI.

THEOLOGI Christianus Kortholt, *Pro-Cancellarius,* Christoph. Franck, Henricus Opitius.

ICTI Nicolaus Martini, Samuel Reyher.

MEDICI Joh. Daniel Major, Joh. Nicolaus Pechlin.

PHILOSOPHI Daniel Georgius Morhoffius, *Eloq. & Histor.* Samuel Reyher, *Mathem.* Nicolaus Martini, *Polit.* Joh. Ludov. Hannemannus, *Physic.* Joh. Clausen, *Metaphys. & Logic.* Simon Henricus Musæus, *juris Nat. & Gent. Ordinarius, & juris Civil. extraord.* Daniel Hasenmüllerus, *Græcæ & Orient. Linguarum,* Georgius Pasch, *Ethices,* Elias Augustus Strykius, *juris extraord.*

XVI.

1690. IN ACADEMIA LIPSIENSI.

THEOLOGI Georgius Mœbius, Georgius Lehmannus, Joh. Benedictus Carpzovius, Joh. Olearius.

ICTI Jacobus Born, Barthol. Leonhardus Schvvendendorffius, Augustus Bened. Carpzovius, Gottfr. Nicolaus Ittig, Andreas Mylius.

MEDICI Mart. Frid. Friese, Paulus Amman, Joh. Bohn.

PHILOSOPHI Valent. Alberti, *Dialect. & Metaphys.* Anton. Günther Hesbusius, *Organi Aristotelici,* Joachimus Fellerus, *Poëseos,* Adamus Rechenbergerus, *utriusq; Ling. & Histor.* Otto Menckenius, *Phil. Practicæ,* Joh. Schmidius, *Eloq.* Christoph. Pfautz, *Mathem.* Joh. Cyprianus *Physices,* Tilemannus Andr. Rivinus, *Ling. Orientalium.*

XVII.

1690. IN ACADEMIA LONDINENSI SCANORUM.

THEOLOGI Jonas Linnerius, Nicolaus Daalhem.

ICTI Nicolaus Silfvverskiöld, Joh. Lundenstern, *juris Nat. Gentium & Moralium.*

MEDICUS Erasmus Sackensköld.

PHILOSOPHI Andr. Stobæus, *Hist. & Poëseos*, Andr. Riddermark, *Mathem.* Haqvinus Stridzberg, *Ling. Orientalium*, Joh. Hörling, *Eloqventiæ*, Erlandus Läger-Hööff/ *Logic. & Metaphys.*

Extraordinarii Richardus Ehrenborg, *juris*, Joh. Winslovv, *Chronol. & Histor. Eccles.* Zachar. Hulth, *Philos. & Academiæ Bibliothecarius.*

XVIII.

1689. IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA.

THEOLOGI Fridericus Spanhemius, Jacobus Triglandius, Steph. le Moyne, *qvi tamen paulò pòst ex hac vita commigravit.*

ICTI Gerhardus Noodt, Anton. Matthæus, Joh. Voëtius, Phil. Reinhardus Vitriarius.

MEDICI Carolus de Maets, Carolus Drelincurtius, Antonius Nuck, Paulus Herman.

PHILOSOPHI Wolfredus Senguerdius, *Physices*, Jacobus Gronovius, *Ling. Græcæ & Histor.* Burcherus de Volder, *Mathem.* Theod. Rykius, *Hist. & Eloq. qvi hôc ipsô annô obiit.*

XIX.

1685. IN ACADEMIA MARPURGENSI.

THEOLOGI Joh. Heinius, Henricus Duysingius, Samuel Andreæ, Phil. Joh. Tilemann, dictus Schenck.

ICTI Joh. Tesmarus, Nicolaus Prück, Georgius Hoeddeus, Otto Phil. Zaunschifferus.

MEDICI Joh. Jacobus Waldschmidius, νῦν ἐν ἁγίοις, Joh. Daniel Dorstenius, Joh. Dolæus.

PHILOSOPHI Nicolaus Bartholdus, *Log. & Metaphys.* Joh. Jacobus Waldschmidt, *Physices*, Georgius Otto, *Linguarum & Poës.* Dionysius Papinus, *Mathem.* Maximil. Percelli, *Histor. & Eloq.* Joh. Heinricus Kleinschmidt, *Phil. Practicæ.*

XX.

XX.

1687. IN ACADEMIA PARISIENSI.

Joannes Doujat, *Academiæ Franciæ Decanus atq; Professorum Parisiensium primicerius, exactô XXXV. professionis annô emeritus.* *Ei succenturiatus* Jacobus Baudin.

Jo. Coduinus & Claudius le Cappelain, *Sacrarum Hebraicarumq; literarum Professores.*

Nicolaus Tavernier, *Regiorum Professorum Syndicus,* & Jo. Gallaoys, *Græcarum literarum,*

Joannes Gerbais & Petrus de Lenglet, *Latinæ Eloqventiæ.*

Philippus de la Hire & Josephus Sauveur, *Scientiarum Mathematicarum,*

Ludovicus Noel, Ludov. Ellies du Pin, & Jo. Baptista de Hamel, *Græcæ & Latinæ Philosophiæ,*

Joh. Baptista Moreau, *Sereniss. Delphinæ Medicus primarius.* *Ei succenturiatus Filius,* Jo. Bapt. Renatus Moreau. Alexander Michaël Denyau, *Consiliarius Regius,* Paulus Courtois & Tussanus Fontaine. *Medicinæ, Chirurgiæ & Pharmaciæ Professores.*

Jacobus Dauvergne & Petrus Dipy, *Alepensis Syrus, Regiorum Interpretum Decanus, Linguæ Arabicæ & Syriacæ Professores.*

XXI.

1691. IN ACADEMIA REGIOMONTANA.

THEOLOGI Bernhardus von Sanden, Frider. Deutsch, Johannes Philippus Pfeifferus, Christianus Dreier.

ICTI Theodorus Pauli, Jo. Christoph. Boltz, Martinus Jeschke, Carolus Henr. Charisius, Sigism. Döscher, Carolus Frider. Lau, Joh. Behrent.

MEDICI Frider. Lepner, Georgius Woseginius, Joh. Henricus Starcke, Phil. Jacobus Hartmannus, Georg. Rast, G. Frid. Wagnerus, Christoph. Beckherr.

PHILOSOPHI Andreas Hedio, *Log. & Metaphys.* Conradus Vogt, *Poëseos,* Georgius Thegen, *Philos. Practicæ,* Laurentius Weger, *Ling. Orientalium,* Paulus Rabe, *Ling. Græcæ,* Phil. Jacobus Hartmannus, *Histor.* David Blæsing, *Mathem.* Michaël Schreiber, *Eloqventiæ.*

XXII.

XXII.

1690. IN ACADEMIA ROSTOCHIANA.

THEOLOGI Justus Christoph. Schomerus, Andr. Daniel Habichhorst, Franciscus Wolffius, &, *ut fama apud nos extulit*, Joh. Fechtius.

ICTI Joh. Sibrand, Jacobus Lembke, Joh. Festing, Christoph. Redecker, Albertus Willebrandus.

MEDICI Joh. Gerdes, Bernhardus Barnstorff.

PHILOSOPHI Christianus Hiltebrandus, *Logices*, Joh. Festing, *Polit.* Christianus Weis, *Græcæ Linguæ*, &, *nî fallor*, Nicolaus Pascha, *Poëseos.*

XXIII.

1689. IN ACADEMIA TUBIGENSI.

THEOLOGI Joh. Adamus Osiander, *Procancellarius*, Georgius Henr. Keller, Michaël Müllerus, Georgius Henr. Häberlinus.

ICTI Joh. Andreas Frommannus, Adamus Wolffg. Harprechtus, Joh. Ferdinandus Kurrerus, Gabriel Svvederus, Ernestus Theophilus Maierus.

MEDICI Elias Rudolf. Camerarius, Joh. Ludovicus Möglingius, Joh. Zellerus.

PHILOSOPHI Christoph. Calenbachius, *Eloq. Histor. & Poëseos*, Jo. Wolfg. Jäger, *Metaphys.* David Schenimannus, *junior*, *Moralium*, Rud. Jacobus Camerarius, *junior*, *Physices*, Joh. Osiander, *jun. Græcæ Linguæ Professores.*

XXIV.

1691. IN ACADEMIA ULTRAJECTINA.

THEOLOGI Petrus van Mastricht, Hermannus von Halen, Hermannus VVitsius, Melchior Leydeckerus.

ICTI Jo. van Muyden, Lucas van de Poll, Henricus Coccejus, *qui jam ad Acad. Viadrinam vocatus est.*

MEDICI Jo. Munnicks, Jacobus Vallan.

PHILOSOPHI Jo. Georgius Grævius, *Polit. Hist. & Eloq.* Gerhardus de Vries, *Philos.* Jo. Leusden, *Linguarum Orientalium*, Jo. Luyts, *Physices*, Paulus Bauldri, *Histor. Ecclesiasticæ extraordinarius*.

XXV.

1690. IN ACADEMIA UPSALIENSI.

THEOLOGI Petrus Rudbeckius, Henricus Schultz, Julius Micrander.

ICTI Carolus Lundius, Ericus Aurivillius.

MEDICI Olaus Rudbeckius, Andreas Droffander.

PHILOSOPHI Andreas Spole, *Mathem.* Joh. Bilberg, *Geometriæ*, Jacobus Arrhenius, *Histor.* Gustavus Peringerus, *Ling. Orientalium*, Elias Obrecht, *Eloq. & Polit. Skyttianus*, Petrus Lagerlööff, *Eloq. Regius*, Laurentius Normannus, *Græcæ Linguæ*, Hemmingus Forelius, *Poëseos*, Joh. Svvede, *Politices*.

Extraordinarii Olaus Nezelius, Ericus Liung, Heraldus Vallerius, Israël Kolmodinus.

XXVI.

1690. IN ACADEMIA WITTENBERGENSI.

THEOLOGI Joh. Deutschmannus, Casp. Löscherus, Michaël VValtherus.

ICTI Samuel Stryckius, Godofredus Strausse, Georg. Mich. Haber, Joh. Henricus Berger.

MEDICI Georgius Francus, Michaël Sennertus, Joh. Gottfridus Berger.

PHILOSOPHI Constantinus Ziegra, *Physices*, Georg. Casp. Kirchmaierus, *Eloqventiæ*, Mich. Strauch, *Super. Mathem.* Christianus Röhrensee, *Philos. Practicæ*, Conr. Samuel Schurtzfleischius, *Græcæ Linguæ & Histor.* Christianus Donatus, *Logic. & Metaphys.* Theodorus Dassovius, *Hebr. Linguæ*, Martinus Knorre, *Infer. Mathem.* Joh. Georg. Neumannus, *Poëseos Professores.*

Joh. Baptista Röschel Physices, Wichmanshausen, Poëseos, Georg. Fridr. Schröer Logic. et Metaphys. Professores.

XXVII.

XXVII.

1688. IN ACADEMIA WOLFFENBUTTELIANA.

In qva tum temporis XXXVII. Duces, Comites, Barones atq; Nobiles juvenes, Studiorum causâ, commorabantur.

Justus Lüderus, *Theol. & Philos.* Paulus Bergmannus, *juris & Hist.* Christophorus Zeigener, *Eloq. & Mathem.* Jo. Balthasar Lauterbach, *Mathem. Professores.*

XXVIII.

1687. IN GYMNASIO AMSTELODAMENSI.

THEOLOGUS Gerhardus von Leevven.

ICTI Abrahamus Faber & Ioan van den Broeck.

PHILOSOPHI Io. de Raei, *Physices*, Stephanus Morinus, *Linguarum Orientalium*, Petrus Francius, *Eloq. & Græcæ Linguæ*, Ludov. VVolzogen, *Histor.*

XXIX.

1678. IN GYMNASIO AROSIENSI.

Samuel Hoyer & Ioh. Holstenius, *Theologiæ.* Gabriel Holstenius, *Phys. & Logic.* Ioh. Rudbeckius, *Eloquentiæ*, Laurentius Borchius, *Histor. & Poësos*, Vidichinnus Granagrius, *Mathem.* Samuel Salemannus, *Græcæ Linguæ*, Petrus Christiernin, *Hebr. Linguæ Lectores.*

XXX.

1690. IN GYMNASIO BREMENSI.

THEOLOGI Gerhardus Meyer, *Rector*, Cornelius de Hase, Matth. Boott.

ICTI Ioh. à Rheden, Ioh. Eberh. Schvvelingius, Conradus Iken.

MEDICUS Iohannes Fridericus à Cappeln.

PHILOSOPHI Henricus Alers, *Hebrææ Linguæ*, Ioh. Eberhard Schvvelingius, *Physices*, Didericus Sagittarius, *Eloquentiæ*, Matth. Boott, *Histor.* Albertus Meyer, *Mathem.* Franc. Baringius, *Græcæ Linguæ*, Alb. Schumacherus, *Ethic.* Ioh. Tabingius, *Log. & Metaphys. Professores.*

XXXI.

1685. IN GYMNASIO BYRUTHINO.

Joh. VVolfgangus Rentschius, *Theologiæ*, Ioh. Casp. Oertelius, *Syr. ac Chald. LL.* Ioh. Fr. Kenscher, *Phil.* Ioh. Christoph. Laurus, *Ebr. ac Græc. LL.* Ioh. Georgius Layritzius, *Histor. sacræ ac Civil.* Ioachimus Henr. Hagens, *Eloq. Poës. & Mathem. Professores.*

XXXII.

1690. IN GYMNASIO GEDANENSI.

Samuel Schelguigius, *Theol. Doctor Prof. & Rector.* Ioh. Schultze, *Juris D. Prof. & Inspector.* Ernestus Gottfried Heyse, *Med. Doct. Physices*, VVolfg. Rosteuscherus, *Græcæ Linguæ*, Frid. Büthnerus, *Mathem.* Ioh. Christophorus Rosteuscherus, *Metaphys.* Christoph. Behr, *Eloq. & Poëseos.*

XXXIII.

1690. IN GYMNASIO HAMBURGENSI.

Vincentius Placcius, *Philos. Practicæ & Eloq.* Eberhardus Anckelmannus, *Hebr. Linguæ*, Henr. Siverus, *Mathematum*, Ioh. Vagetius *Logic. & Metaphys.* Daniel Büttnerus, *Phys. & Poës.* Georgius Eliezar Edzardus, *Græcæ Linguæ & Histor.*

XXXIV.

XXXIV.

1684. IN GYMNASIO LUNEBURGENSI.

Joh. Buno, *Theol.* Iohannes Michael Ienigen, *Jur. Ethic. & Polit.* Chilianus Schraderus, *Eloq. & Histor.* Bartholomæus Ioh. Vasmar, *Mathem.*

XXXV.

1690. IN GYMNASIO OTHENIENSI.

Canutus Londorphius, *Theol. & Hebr. Linguæ*, Christianus Henr. Luja, *Medic.* Georgius Hermanni Hannæus, *Ethices & Eloquent. nec non Collega Naturæ Curiosorum in Germania*, Laurentius Edingerus, *Ling. Græcæ & Mathem. infer.* Nicolaus Andreæ Haels, *Philos. & Mathem. superiorum*, Thomas Broderus Bircherodius, *Philos. Professores.*

XXXVI.

1691. IN GYMNASIO REVALIENSI.

Michaël Sigismundi, *Theol. Hebr. Linguæ & Philos.* Henricus Iulius VVoltemate, *Mathem.* Christianus Eberh. Morian, *Poëseos*, Ioh. Rudolphus Bremius, *Eloquent. & Histor.* N. Aulinus, *Græcæ Linguæ.*

XXXVII.

1691. IN GYMNASIO RIGENSI.

Joh. Breverus, *Superintend. Pastor primarius & Theol. Profess.* David Caspari, *Ecclesiastes, Philos. Prof. & Scholæ Inspector*, Henningus VVitte, *Eloq. & Histor.* Joh. Paulus Möller, *Juris & Mathem.*

XXXIIX.

1689. IN GYMNASIO VRATISLAVIENSI

ELISABETHANO.

Martinus Hanckius, *Rector, Profess. cæterarumq; Scholarum Inspector*, Elias Major, Gottlob Krantz, Gothofr. Bogen, Georg. Ge-

bauer, Casp. Günther, Balthasar Stephani, David Mayer, Ioh. Linck, Christoph. Friben, Iac. VVilisius, *Collegæ.*

MAGDALENÆO.

Christinus Gryphius, *Rector & Prof.* Godofredus Küpffender, Simon Titius, Christoph. VVimmer, Gothofredus Pohlius, Andreas Titz, Ioh. Rihm, Mart. Hoffmannus, I. I. Schuetz, Ioh. Grünvvald, Zachar. Rohleder, *Collegæ.*

XXXIX.

1690. IN GYMNASIO WEISSENFELSENSI.

Joh. Schieferdeckerus, *superint. Pastor prim. & Professor, Theologiæ;* Tobias Heidenreich, *Consil. Duc. Saxon. Prof. Juris:* Ioh. Henricus Otto, *Medic.* Ioachimus Leistenius, *Rector*, Christoph. Ständer, *Eloq. & Philos. Moralis*, Ioh. Michaël Gutbier, *Histor. Græcæ & Hebr. Ling. ut & Poëseos Professores.*

XL.

1690. IN GYMNASIO WEXIONENSI.

Joh. Colliander & Erlandus Colliander, *Theologiæ*, N. Vlmgreen, *Græcæ Linguæ*, Petrus Fiorinus, *Log. & Physices*, N. Sierman, *Mathem.* Magnus Megalinus, *Eloq.* Benedictus Nicander, *Poës. & Histor. Lectores.*

CLARENT HODIE APUD ITALOS.

I. BONONIIS.

CAsp. Bombasi, *Historicus & Poëta insignis.*
— Bonfroli, *Medicus & Mathematicus.*
Jac. Certani, *Theologus & Orator.*
— Doffi, *Urbis Senator, cujus extat liber Nobilità de Bologna.*
Carolus Malvasia, *Comes. Varia ejus extant Opera.*
Petrus Mengoli, *Mathematicus celeberrimus.*
— Pellicani, *ICtus Insignis. Ejus extant Responsa Civilia & Criminalia.*
Ludov. Torelli, *Ordinis August. scriptis celebris.*
— Zani, *in omni literatura versatissimus.*

II. FLORENTIIS.

Joan. Cinelli, *Medicus & Historicus.* *Præter libros alios edidit La Bibliotheca volante.*

Stephanus Lorenzini, *Medicus.*

Antonius Magliabechius, *Principis Florentini Bibliothecarius, ob eruditionem summam & humanitatem à multis celebratur.* *Per anagr. additum b:* is unus Bibliotheca magna.

P. Noris, *ejus varia extant scripta ad Historiam Ecclesiasticam pertinentia.*

Franc. Rhedi, *Medicus celebris.*

III. GENUÆ

Marchio Fransone, *Fautor literarum maximus.*

P. Antonius Franciscus Massola, S. J. *Philosophus*, ejusdemq; frater,

Jacobus Philippus Massola, *ICtus doctissimus.*

IV. MEDIOLANI.

Mezzabarba de Birágues, *Nobilis Antiqvarius.* *Auctor librorum insignium.*

Petrus Paulus Caravaggio, *Mathematicus.*

V. NEAPOLI.

Laurent. Crasso, *Vir celebris.*

Leonhardus Nicodemi, *qvi addidit Observationes ad Nic. Toppii Bibliothecam Neapolitanam.*

— Valetti, *Antiqvarius insignis.*

VI. PARMÆ.

Abbas Magni, *itineribus suis inclutus.*

P. Robertelli, *Ephemeridum eruditorum, qvæ Parmæ prodeunt, auctor.*

VII. PATAVII.

Stephanus de Angelis, *Mathematicus.* *Opera vulgavit varia.*

P. Antonius Maria de Blanchis, *Philosophus.*

Comes Alexander de Lazara, *Historicus & Antiqvarius.*

Franc. Macedo, *Ordinis Minor. cujus Opera recenset Leti in Italia regnante.*

Carolus Patinus, *Eqves, Medicus longè celeberrimus, cum Filiis,* Gabriele de Carola & Carola Catharina.

P. Seraphinus Piccinardus, *Theologus, Ord. Prædicat.*

Jacobus Pighius, *Medicus.*

VIII. ROMÆ.

— Bellori, *Antiqvarius insignis.*

P. Capifucchi, *Ordinis Dominicani.*

Jacob Maria Cenni, *Doctor, Auctor libri Italici, la vita di Mecenate. Scripsit & plura alia.*

— Fabretti, *Antiqvarius egregius.*

— Favoriti, *Poëta celebris.*

Abbas Gradi, *Poëta itidem celebris.*

— Imperiali, *Fautor Literatorum maximus.*

P. Ludovicus Maracci, *Arabicæ Linguæ doctissimus.*

Carolus Moroni, *Cardinalis Barberini Bibliothecarius.*

Faust. Nairone, *Ling. Orientalium scientissimus, Bibliothecarius collegii della Sapienza.*

Franciscus Nazari, *Auctor Ephemeridum eruditorum, qvæ Romæ imprimebantur.*

Constantia Celeste Parisani, *illustri familia orta, in Theologia, Philosophia & Linguis versatissima.*

Steph. Pignatelli, *Eqves doctissimus, Orator egregius.*

P. Franciscus Porter, *Hibernus, Theologus insignis. Ejus extant libri varii polemici. Jam Historiæ Ecclesiasticæ conscribendæ studet.*

P. Posfin, S. J. *Græcarum literarum doctissimus.*

Emanuel Schelstrat, *Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, diversorum librorum auctor.*

IX. AUGUSTÆ TAURINORUM.

Abbas Ponza, *Historicus clarissimus.*

X. VENETIIS.

Nicolaus Bon, *Medicinæ Doctor.*

Hieronymus Brusoni, *Historicus multis scriptis in lucem datis egregius.*

P. Fiorelli, *Ord. August.*

Ludov. Gradenigo, *Abbas & Bibliothecarius.*

— Grimaldi, *Abbas.*

P. Bened. Perazzi, *Dominic. Græcæ Linguæ doctissimus.*

Jo. Sacrodo, *Historicus celebris.*

Fr. Travagino, *Medicus & Mathematicus insignis.*

Franc. Verdizotti, *Nobilis Venetus, Historicus egregius.*

XI. VERONÆ.

Isaacus Cordaso, *Medicus Judæus celebris.*

Joan. Pindemonti, *Marchio, in omni Scientia versatissimus.*

Franc. Sparavieri, *Vir doctus, scripsit contra P. Macedonem.*

SPICI-

SPICILEGIUM
post
MESSEM.

QVum jam Indices ad Diarii nostri tomum alterum confecti typisq; subjecti essent, in nonnulla incidi, qvæ cæteris meritò addi potuissent. Illa igitur, coronidis locô, heic apponere, bona cum Lectoris venia, licebit, suis suprà locis inserenda. Sic referri debet

Ad An. 1656. p. 74.

MARCUS AURELIUS SEVERINUS, Italus &c. Addatur; Neapoli Anatom. Professor & Nosocomio Præfectus. Scripsit *Commentaria in Pandectas*, qvæ à Præpotentis dignitatis viro ei erepta sunt. Extant verò Ejus *Dissert. de Piscibus in sicco viventibus: De radio turturis marini ejusq; vi, medicina, venere: Phocas illustratus.*

Ad An. 1679. p. 121.

1. Octob. *ANTONIA, PRINCEPS VVURTENBERGICA*, æt. 66. Latinæ juxta & Hebraicæ linguæ scientiâ exactissima, tam egregiam Cabalæ Hebræorum notitiam habuit, ut peritissimos etiam hoc in studio spisso valde difficiliqve anteverterit. Extat Ejus ingeniosissima fabrica Hieroglyphica, *Turris Antonia* dicta, qvæ in Ædibus S. Trinitati sacris, in oppido *Deynach*, non sine ingenti admiratione ab omnibus, qvi iter eò faciunt, conspici solet.

Ad An. 1680. p. 124.

ELISABETHA, PRINCEPS PALATINA, ABBATISSA HERVORDENSIS. Eos, qvi vetusta rerum monumenta composuerunt, versavit diligentissimè, linguas tam Orientales qvàm Occidentales calluit ut plurimùm, Philosophiæ tum sacræ, tum profanæ scientiâ inprimis celebris. Sunt, qvi eam non aliô, qvàm *doctæ Dominæ* nomine appellatam fuisse, tradunt.

Ad An. 1681. p. 125.

17. Septemb. *JOHANNES ANDREAS GERHARDUS, Germanus*, Jenensis Thuringus, J.U. Doctor, Comes Palatinus Cæsareus, primùm Principi Anhaltino à consiliis Aulicis, tum Consiliarius Coburgensis, postremò Altenburgensis, æt. 47. Prelo dedit *Discursum de supremis in Imperio Romano judiciis, Aulico & Camerali*, in vernaculam à Casp. Melch. Bierke translatum, & operi Lohneyseriano, **Hoff-Stats- und Regier-Kunst** annexum: *Qvæstiones controversas in jure publico Romano-Germanico occurrentes; Aqvilam senescentem, sive Discursum de Statibus Imperio exemptis;*

Disp. inauguralem de justa mortuorum sententia in proprium Sanguinem: De Vita Academica &c. Discursus exoticos de supremis Curiis, seu Parlamentis Galliæ & Angliæ.

Ad An. 1684. p. 134.

URSULA HEDVVIG VELTHEMIA, *Germana*, Achatii von Veltheim Filia, Latinæ, Gallicæ & Italicæ Linguæ supra ætatem perita, insignis Poëtria.

Ad An. 1685. p. 136.

30. Octobr. *ANNA MARIA NÜTZELIA*, nata *PAUMGARTNERIA*, *Germana*, Norimbergensis, in ordine ad Pegnesum Florigero *Amarillis* dicta, artium elegantiorum studio doctissima. Effecit *Carmina* sani coloris, eaqve vulgavit.

Ad An. 1689. p. 160.

10. Jan. *RUDOLPHUS WILHELMUS CRAUSIUS*, *Germanus*, Naumburgensis, J. U. Doctor, Ducum Saxoniæ Consiliarius & Cancellarius, æt. 77. horâ, qvâ qvondam natus erat, summo mane obiit. Supersunt ab eo *Recensiones & emendationes Legum Ecclesiasticarum & Civilium Saxonicarum.*

Ad An. 1690. p. 181.

CASP. HEUNISCHIUS, *Germanus*, Suinfurtensis, Phil. Magister, Ecclesiæ patriæ Pastor, in Gymnasio ibidem Theol. & Metaphys. Professor, ejusdemq; & Scholarum Inspector, æt. 70. Inter ea, qvæ typis subjecit, sunt: *Ætates Patrum præcipuorum ex certis fundamentis historicis atqve Chronologicis accuratè demonstratæ. Adjecta est Chronologia Conciliorum sex Oecumenicorum: Epitome analytica in compendium Locorum Theol. Leonhardi Hütteri: Thesaurus Disputarotius, continens Distinctiones tam Philosophicas, qvàm Theologicas: In Canticum Canticorum Commentarius Apocalypticus:* Germanicè *Nicodemus, sive Syncretismus Religionum Aulâ-Catholicus: Consultatio; num An. 1670. extremum erit judicium?*

THEOPHILUS SPIZELIUS, *Germanus*, Augustâ-Vindelicus, Ecclesiastes in patria, æt. 51. Concinnavit opuscula eruditissima, ex qvibus mihi innotuit *Elevatio Revelationis Montezinianæ de repertis in America Tribubus Israëliticis: Dissertat. ad Antonium Reiserum de eradicando Atheismo: Literati Hominis secessus: Scrutinium & Radix Atheismi: Sacra Bibliothecarum illustrium arcana retecta, sive MSS. Theologicorum in præcipuis Europæ Bibliothecis designatio, cum dissertatione præliminari, specimine novæ Bibliothecæ universalis & coronide Philologica: Tractatus de re litteraria Sinensium: Præcox ingenii maturitas in Jo. Jacobo Thurmio: De Vaticiniis qvibusdam Angelicis amica & placida collatio: Vetus Academia Jesu Christi iconibus, exemplis & documentis priscorum Doctorum illustrata: Templum honoris reseratum, in qvo L. illustrium ævi hujus Theol. & Philologorum imagines & elogia exhibentur:*

bibentur: Felix Literatus ex infelicium periculis & casibus, sive de vitiis Literatorum: Infelix Literatus, sive de vita & moribus Literatorum: Literatus felicissimus, sive de Conversione Literatorum: Dispp. de Δεισιδαιμονίᾳ Ebræo-Gentili, de natura & officio Angelorum: De εἱμαρμενολογίᾳ Gentili &c. Germanicè *Copia epistolæ Johannis Friderici, Electoris Saxoniæ, qvam in carcere suo exaravit: Hortus Animæ Augustanus, de piis atqve devotis Christiani Hominis actionibus,* & si qvæ fortè sunt alia.

ANNO 1691.

- Januarii *JOHANNES ULRICUS WILDIUS, Germanus,* Argentoratensis, Theol. Doctor, primùm Alumnorum Wilhelmitanorum in patria Ephorus, tum Superintendens & Concionator Aulicus Palatino-Veldentinus ac Pastor Lautereccensis, demum Superintendens Eslingensis, æt. 50, Denatus Francofurti ad Mœnum, postqvam superiori annô uxorem cum tribus liberis ad cœlum præmisisset. Reliqvit *Disputationes qvatuor; Qvod aliqvid scitur, contra Franciscum Sanchez, scepticum: De Ecclesia Æthiopica: De Ænigmate Samsonis: De eo, qvod vocatur κατ' ἄνθρωπον.* Germanicè *Catechismum Eslingensem: Conciones aliqvot funebres &c.*

17. Febr. *JOH. HENRICUS VOIGT, Germanus,* Mathematicus Regius Stadensis. Delineavit & edidit *Arithmeticam juridicam: Cometam matutinum & vespertinum de an. 1680. & 1681: Fundamenta Arithmetica: Prognostica XX. annorum: Cursum maximarum revolutionum ad Orientem; Calendaria & Annales Temporum, & qvàm plurima alia.*

Qvamvis in corrigendis typographi mendis haud tralatitiam adhibuerim curam, aliqvæ tamen hinc inde, me prorsus invitô, irrepserunt, qvas qvisqve, pro suo in hæc studia favore, ipsemet facilè inter legendum emendabit. Ad An. 1687. p. 145. reperitur N. BAYLE, qvi aliàs PETRUS BÆLIUS vocatur. Edidit etiam *Epistolam ad Theodorum J. ab Almeloveen, de scriptis Adespotis.* Retulit nuper mihi Amicus, eum qvidem in vivis esse, sed ad literas porro excolendas non satis amplius aptum.

Ad An. 1688. p. 147. linea 17. lege; *Vir in omni solidarum &c.*

Ad An. 1690. p. 181. addatur: 5. Mart. HENRICUS FRISE, æt. 60.

SPICILEGIUM.

Ad ſupplendum chartæ vacuum.

R E L A T I O
DE ACADEMIA BOSTONIENSI
ſive
NEO-CANTABRIGIENSI
IN AMERICA.

Annis ab hinc, & qvod excedit, XL. JOHANNES ELIOTUS, Paſtor Anglus, linguam incepit Indicam addiſcere, eosq; iu ea fecit progreſſus, ut integra Biblia, Catechiſmum, & varios libros alios, in iſtam transtulerit linguam ac deinceps ediderit. Idem, ante annos circiter triginta, concionari coram Indis in idiomate illo orſus eſt. Hujus viri laboribus Deus ita benedixit, ut Anno 1685. in variis locis viginti qvatuor Eccleſiæ, non nullæ etiam numeroſæ, extiterint. Hiſce præponuntur XXIV. Paſtores Indi, & IV. Angli, qvi Evangelium Chriſti bis ſingulis diebus domi, in freqventi cœtu, linguâ Indis populari, promulgant. Omnes hi per ſuffragia ab ipſis Eccleſiis barbaris eliguntur, qvibus poſtea à JOH. ELIOTO & JOH. COTTONO, Paſtoribus Anglis, coram Eccleſia ſolenniter manus imponuntur. Hæc autem converſio in nova Anglia tam feliciter ſuccedit, propter erectam Boſtoniæ ſive Neo-Cantabrigiæ Academiam, in qva Angli pariter ac Indi erudiuntur, edocti examinantur, ac deinceps ritè ad munus Eccleſiaſticum exornandũ vocantur. CRESCENTIUS MATHERUS, Mr. Dubl. Hib. Academiæ dictæ ſocius, & tum Præſes, catalogum eorum vulgavit, qvi ab anno 1642. ad an. 1685. in Collegio Harvardino, alicujus Gradus Laurea donati ſunt, numerumq; CCCXIX. conſtituunt.

F I N I S.